Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXX
B
33
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PETRI MARIÆ CASTILLIONÆI MEDIOLANENSIS MEDICI.

Admiranda Naturalia

Ad renum calculos curandos.



MEDIOLANI,
Ex Apotheca Gratiadei Ferioli, M. DC. XXII.

Superiorum permiſſu.

IMPRIMATVR

Fr. Pa. Eg. Comiſſ. S. Off. Med. die 3. Decembris 1621.

Fr. A. Bariola Auguſtinianus Conſultor Sãcti Officij pro Illuriſsimo D. Cardinali Archiep.

V. Saccus pro Eccellentiſsimo Senatu.

Illuſtriſsimo,

ac Summè Venerando per totum Terrarum
Orbem Iuriſconſultorum
MEDIOLANENSI COLLEGIO.

MOS fuit antiquis, vſque ad meam ſeruat⁹ ætatem, Illuſtriſſimi Comites, & Equites, Verum Mundi Decus, & ornamentum, vt qui ad Deorum Immortalium aras, vel exorandi, vel deprecandi ergo ſunt acceſſuri, munera, mentemq; piam iuntim offerant, quod cùm cognouerim, qui ad celſitudinis veſtræ ſplendorem ſum aduenturus, qui Numina eſtis in Terris, vt potè diuinarum, humanarũq; legũ fautores, & latores, qui doctrinæ excellentia, Regumq; præceptis humanas mentes regitis, ac vniuerſum ferè gubernatis, qui cæteras Italiæ Iuriſconſultorũ Academias nobilitate non coequatis modo, verùm, & in immenſum præcellitis, qui ab Imperatoribus, Regibus, atque Principibus auidè deſideramini, ampliſſimiſq; muneribus, ſummis dignitatibus, atq; honoribus donati eſtis, qui fortunam virtuti Comitem habetis, qui tales eſtis, vt in vos ſuperi ſuprà familiarum

claritatem corporis, atq; animi dona libenter contulerint; nā mira adeò ſubtilis ingenij altitudine, lectiſſimiſq; moribus eſtis inſigniti, vt oēs huiuſce noſtri ſæculi ſapientes, nedum ignaros in veſtri admirationem facilè cōuertatis; qui denique non humani ſolùm, ſed diuini quoq; iuris intelligētia, nunquam ſeneſcente celeberrimi nominis veſtri fama, Deo quaſi aſſimiles facti eſtis. Et ne lōgiùs tantæ veritatis probationem excipiam, Ecce imprimis Summi Collegij veſtri æternis ſemper laudibus memoranda antiquitas, & erectio, quæ ab anno vſq; milleſimo cēteſimo quadrageſimo vberem adeò illuſtrium virorum ſegetem cæpit producere, vt admiratione non vulgari cogantur oēs contorpere: etenim anno milleſimo cēteſimo quinquageſimo quarto Anſelmus de Horto Egregius Iuriſconſultus florebat, qui Mediolanēſis Reipublicæ Cōſul cum Federico Aenobarbo tunc primū in Italiā veniente concordiæ pacta prudentiſſimè tractauit, atq; confecit, ijſdem etiam temporibus, aut non multò ſecus Artaldum de Rhaude, Ardericum Carganiſtam, Malatrenū, ac Gregorium Burrios, Martinū de Cruce, Orſobellū de Laude, Trincianum Cauatium, Conradum Corrigium,

a-

lioſq; innumeros, eoſq; ſapientiſſimos, cunctos admirabiles, omnes deniq; æternæ famæ Comites floruiſſe, Mediolanēſium abundè virorum locupletiſſimæ teſtantur hiſtoriæ. Apud Turrianos apud Mediolani Duces Collegas veſtros ingentis auctoritatis fuiſſe, penes annaliū Mediolanēſiū ſcriptores diſertiſſimè conſtat. Sed quid ego prætèrita memoro? cum hac noſtra tēpeſtate nobilitas ipſa, multæq; graues hac in patria dignitates in veſtro Collegio radices fonditus fixiſſe videantur. Nōne è veſtro numero plures in Senatu effulgent præſtantiſſimi? non pauci in reliquis Magiſtratibus ſplendent clariſſimi? E veſtro ſinu oēs, quibus controuerſiæ committuntur, ſeliguntur: Annonæ, atq; Prætorij præfecti, Iuſtitiæ Conſultores, nulla deniq; inclitæ huius Ciuitatis, ac dominij pars extat, quæ veſtra auctoritate, atq; ſapientia non ſit vndiq; plena. Sed quid huius dominij dixi? Altius, liceat tāti Collegij veſtri virorum dignitatē, præclaramq; auctoritatem repetā, cum apud ipſam Romanā Eccleſiam Chriſtiani orbis Regnatricem è veſtro gremio Aduocatū Conciſtorialē, Rotæq; Auditorē incredibili omnium expectatione mittatis, ex præuilegio ſcilicet Ampliſs.^mi Pij Quarti

 Pon-

Pōtificis Maximi Collegæ veſtri, cuius beneficia in veſtrū venerādū ordinē collata ſi calamo vellē percurrere lūgū nimis, ac impeditū eſſet opus. Cardinales plures, vt potè Frāciſcū Altiatū, Flaminiū Plattū, Ferdiādū Tabernā, Iuliū Romā hodiè fatali numine viuētē, alioſq; plurimos felici memoria preclaros extitiſſe collegas veſtros fama, eſt Gaſparē itē Vicecomitē Arch.^pū ſūmæ ꝓbitatis virū in veſtrū ordinē cooptatū fuiſſe inter hiſtorias immortalitatis matres ſcriptū legitur. Numina, inq̃, in terris fuiſſe vos, et eſſe non me fallit opinio: Qđ reuera cū ſit, meū hoc tertiū op⁹ iuuētutis meæ fatū, ne dicā abortū, ne ab impuriſſimis inuidorū meorū faucibus deturparetur, vobis, veſtriſq; auſpicijs deuoto animo iūctim dicare optimū duxi. Ego aūt, etſi tp̄is, ac laboris q̃plurimū in hui⁹ opis cōficiēdi, ac corrigēdi ſollecitudine inſūpſerim, me tn̄ ampliſſimū fructū cōſecutū arbitrabor, ſi id ab humanitate veſtra nō im ꝓbatū iri cognouero, ex quo ēt ad alia mea q̃plura opa typis cudēda vehemētius excitabor. Cæterū ſūmū rerū moderatorē, ac largitorē dep̄cabor, vt diuturnā vobis incolumitatē cōcedat. Mediol. Prid. Cal. Decēbris.

Celſitudinis Veſtræ

Deuotiſſimus Seruus

Petrus Maria Caſtillionæus Med.^is Medicus.

AD
LECTOREM.

TImebat opus, antiquiſſima, nihilominꝰ probatiſſimorũ claſſicorũ doctrina, ſenſatiſq; experimẽtis refertũ in lucem prodire, ſeneſcentis huius, ac vergẽtis ſeculi licentiam, animaduertens; quippè quod perfricta fronte non recẽtiorum tantùm, ſed veterum quoq; ſcriptorum cenſorem ſe, & caſtigatorem ſtatuat, liberèque meas elucubrationes pro libidine in lucem editas interpræretur: Timor igitur, vt conſultius agerem, effecerat, opus hoc medicam artem, profitentibus per quam neceſſarium, & ad publicam vtilitatem emachinatum in tempus aliud ſupprimendo, blattis, & tineis arrodendum potius demandando, quàm hac tempe-

ſtate euulgando, iuditiorum aleam ſubiret, atq; periclitaretur. Verùm obſtrictus amicorũ precibus, quin onus agrederer facere haud potui. Quapropter Lector amice ſcias velim, non eſſe, hoc opus liuore congenitum, non ad oſtentationem inuentum non deniq; pro iurgioſis zoilis leui irritamento in maledicentiã exardeſcentibus, ſed pro bonis duntaxat, verèque ſtudioſis, & ſi quid inconcinum, indigeſtum, correctioneque dignum legendo comperies: corrige, ſile, vale.

PRÆ-

PRÆFATIO.

MOrtalibus poſt inſolētiſsimi Promethei raptum, innumeras morborum ſpecies in terram demādaſſe, vt indè faciliùs diſsiparentur iratū Iouē finxere Poetæ. At clariùs, vt Sacræ teſtantur paginæ, primi hominum parentes inobedientiæ culpa originali iuſtitia expoliati, ærumnas plures, calamitates crebras, ægritudines innumeras à Deo clementiſsimo, atq; pijſsimo Iudice iure quidem optimo promeruère, vt ità viuens hodiè ad miſeriarum ortum, ac fælicitatum interitum enatus meritò dici poſsit. Quid .n. Deus Immortalis, inter tot naturæ incommoda euenire homini deterius pōt morbo aliquo accidentium feritate corporis membra dilaniante? Quid Regibus regnandi ſuauitas. Ducibus fortitudinis gloria prodeſſe poteſt, ſi corpore iaceāt infirmo? Quid iuuant diuitiæ? quid Magiſtratus? quid caræ, & dilectæ ſoboles? quid voluptates? quid deniq; virtus, quæ beare hominem poteſt? ſi caput dolitet, ſi epilepſia inſoleſcat, ſi febris acuta diuexet, ſi corporis partes apoplexia torpore afficiat, ſi lepra deturpet, ſi cancer partes erodat, ſi ſpaſmus membra contrahat, ſi melancolia ad inſaniam deducat, ſi cataracta excætet, ſi elephantiaſis greſſus retardet, ſi phtiſis mēbra exſiccet, ſi podagra inſolens excruciet, ſi deniq; inter ſpirandum efflare animam quis dubitet? quibus omnibus, licet homo ſit ſubditus, à Deo tamen bonorū omniū liberaliſsimo largitore Medicinam

ob-

obtinuit: etenim à Domino creatum Medicum, & à Supremo Medicinam dimanaſſe Eccleſiaſt. cap. 38. Sacrarũ rerum monumenta docent, vt indè à tanta pernicie vindicaretur: Siquidẽ vires in herbis, ac ſtipitibus eximias, in lapidibus, ac metallicis percelebres, in animantibus admirabiles, in verbis inexcogitabiles repoſuit ſapientiſſimè. Adde aeris perſpicuitatem, terræ pulchritudinem, aquarum vbertatem, cæli puritatem, ſtellarum influxũ, patientiũ diſpoſitionem, quæ ſingula ad hominũ ſalutem ſeruandam maximi eſſe momenti magiſtra Mundi experientia ſæpiſſimè docet. Igitur à Superis Medicina venit, Medicusq; à Summo rerum Conditore, ac Moderatore in hunc ſolummodo finem effectus eſt, vt rerum omnium, quæ ſub Lunæ ſunt concauo, cognitione habita, excedẽtes Mortalium calamitates, actiua paſſiuis debitè applicãdo, demulcèret, atq; moderaretur. Hinc factũ eſt, vt priſca, ac memoranda ætas Medicicis ob artis, quam exercebant peritiam ampliſſimos honores iure decreuerit. Quippe Hippocrati Abderas ſanãdi Democriti cauſa proficiſcẽti, vniuerſa ciuitas, non viri duntaxat, ſed & mulieres, ſenes, & pueri obuiam antè Portas proceſſerunt, eumq; ſummis titulis cohoneſtarunt, ac ſeruatorem patriæ patremq; nuncuparunt: Hinc quoq; exortum eſt, vt à Senatu, Populoq; Athenienſium is honor ſit habitus, eaq; relata ſit gratia, vt propter ſeruatam à truculentiſſima peſte Græciam ei ludi decreti ſint, ſummiſq; miſterijs ab ijs initiatus, aureaq; mille aureorum corona regio planè inſigni donatus ſit. Sed deſino hic plurima Medicorum

præ-

præmia, & honores referre, cùm eorũ præſtãtia, & meritũ ſit fermè infinitũ, vt caciferè palã ſint, qui inter profeſſores poſtremũ locũ Medicis aſsignarũt: At hæc eſt perpetuò bonorũ fortuna, vt ipſis peſsimi qq; præferãtur: quimmo, ſi viros fama inſigni claros, doctrina celebri perilluſtres, excellentia non mediocri percelebres, qui in Medicinam acriter incubuère recordari velim; non deerit Giges in Arabia, Mitridates in Pontho, Meſues in Damaſco omnes vel Reges, vel è Regia ſtirpe oriundi: Non inquam deerit Hermetes in Ægipto, Pirrhus, ac Veſpaſianus, qui duos illos languentes ad inculpatam valetudinem reducẽdo in Deorũ quaſi numerum fuère collocati: Medici etiam fuère Sanctorũ plurimi, vtpotè Lucas rerum Diuinarum ſubtilisſimus ſcriptor, Coſmas, & Damianus, nec non Pantaleon, vt etiam Angeli, vt de Raphaele legitur, qui Tobiam curauit. Non eſt igitur; vt quis de dignitate cum Medico decertet: etenim quodnam Diuinitatis maius, & dignitatis argumentũ eſſe poteſt, quam omnibus prodeſſe, nemini nocere, maximo beneficio mortales afficere futura præuidere? Quid cùm morbi ipſi, vt anteà curſim innui, vtq; Apollinis oraculo ſæpè, ac ſæpius monitum eſt, diuini quidpiam ſpirant, ob id diuino, occultoq; auxilio eſt opus. At quia homo mixtum quoddam eſt ex cõtrarijs qualitatibus compactum, alterationi, & corruptioni ſubiectum, innumeris proindè ægritudinibus ſcatere ipſum neceſſe fuit, & quia cuiq; morbo, & membro affecto ſuum eſt adaptatum, & appropriatum remedium (vt ex Græcorum, & Arabum codicibus non ſemel decerpſimus) ea de re immanem eum, dirumq; nefriticum affectum: quo

ADMIRANDA NATVRALIA

Ad renum calculos curandos.

Authore

PETRO MARIA CASTILLIONÆO MEDIOLANENSI MEDICO.

Syntagma Primum

De cauſis calculi renum.

IN renibus calculos non raró generari, atq; coadunari non eſt dubium, vt etiã in inteſtinis, ſicuti Raſis 10. continent. in lib. de morte veloci protulit, *calculi i* verùm & in matrice, ac in pulmone, vt Ga- *matrice* lenus refert, vbi quẽdam ſe vidiſſe ſcribit, *inuenti.* qui cũ tuſſim paſſ⁹ eſſet diuturnã, lapides cũ ſputo reijciens, ſoſpes euaſit: Adhuc lapillos *calculi* ſub lingua eius motum vetantes adinuẽtos *ſub lin-* fuiſſe teſtat⁹ eſt Zoar Arabum vaferrimus *gua in-* ſcriptor, *uenti.* ſicut in poro fellis, vt in quodam Anatomizato ſe obſeruaſſe ſcripſit Gẽtilis: in ventriculo non paucos, quorũ nonnullos ab infirmo meo, me præſente, cum vomitu depulſos alicuius magnitudinis, vt admiranda naturę miracula mecum retineo. In ve-

Digitized by Google

veſica item, in capite, in iuncturis eoſdem perſępè efformari, Galenus ſparſim meminit, at præcipuè in 6. de interioribus, & Rabi Moyſes, ni fallor, in ſexta particula. Inſuper in hepate ipſos concreſcere, in eiſdemmet venis ex diutina ſanguinis obſtructione, & aſſatione, non ſemel in ipſamet cordis ſubſtantia, ſicut ſæpè, ac ſæpiús in eiuſdem capſula inter anatomias diſſectiones repertos fuiſſe, experientia mundi magiſtra conteſtata eſt.

calculi ī hepate inuenti.

Verúm quià rei tàm admirādæ cognitio exacta citrà ſuas cauſas haberi haud poteſt, ideò eas ex Galeno vberrimo ſcientiarum fonte lib de renum affec. dignot. & curat. petitas hic adnumerabimus.

cauſæ calculi renū quatuor.

Quatuor, inquam calculi renum cauſas. Galen⁹ Principes enumerauit, vt indè certior, & vſquequaq; exactior cognitio obtineretur; nimirum efficientē materialē, finalem, & inſtrumentalem; plures non poſuit, quoniā has ſat eſſe cognouit. Efficiens duplicē inuoluit partem, calorem nempè, ac frigus. Frigus hoc eſt actuale, eſſe in homine repugnat, Galeno docēte loco nuper citato, nec non Auicenna cap. de vi naturæ, fortè quià hominis vita, teſte Ariſt., & alijs in ca-

Frigus actuale in viuēte repugnat.

calido,& humido fundatur; Sed adhuc frigus non primariò, ſed ſecundariò, & mediatè, vt itá loquar, opus naturæ ingreditur conſtringẽdo corpora noſtra,& per antiperiſtatim augendo calorem; qua de re fortiores celebrantur coctiones, ſomni fiunt longiſſimi, vt Hipp.pa.aph.ſec probl. 15. doctiſſimè meminit. Frigus igitur erit, vt mediata cauſa efficiens,et adiuuans vim noſtræ naturæ. Sed neſtrum inſtitutum ꝓſequamur erit igitur caliditas calculorũ in renibus cauſa efficiens, & primaria: Sed adhuc huiuſmodi caliditas bifariam diuiditur; nam aut temperata eſt, aut excedes: Serapio ſcriptor inſignis à naturali, & temperata caliditate maius calculorum incrementum, quàm ab excedẽti fieri credit, & exemplificat in flegmaticis, vtpotè pueris, ac ſenibus, quibus talium lapidum generatio crebrior contingit, calorq; ineſt temperatior. Auicenna, atq; Halij lib.7.prac. cap.42., alijq; primæ claſſis autores ſentiunt, caliditatem ab æqualitate egreſſam in rene, ſiue ſit ab apoſtemate, ſiue ab alia quauis cauſa materiæ humiditatẽ, ac ſubtilitatem conſumere, craſſioremq; partem in lapidẽ, atq; arenulas cõuertere, eo non diſ-

vita hominis in quo fundatur.

diſſimili modo, quo in fornacibus fieri cō-
perimus, vbi caliditas intēſa in materiam agens humidam, ac viſcidam, humidiorem partem abſumit, terreumq; reſiduum in induratum laterem permutat.

Atqui quod ab extenſa, & excedenti caliditate huiuſmodi in renibus lapides contingant, ex eo perſpici commodè poteſt, quòd ea actio non eſt ſimplex coctio, ſed melius aſſatio, cuius Galenus, quamuis raptim, citato loco meminit, nec à re id alienum, quoniam aſſatio, cùm ſit coctio quædam, vt Ariſt. 4. metheorum cap. 4., à caliditate ſicca, & aliena, contrà verò ſimplex coctio ſit naturalis actio in humidū ſicco permixtū, eodē authore ob id ſatiùs cū Auicēna, quàm cum Serapione efficientem calculorum cauſam excedentem, & alienum eſſe calorem crederem, ijs præſertim ſignis impulſus, quòd, cum excernūtur, rubeo ſunt colore perfuſi atq; in eis durities extat inſignis. At quæret hic aliquis, cur ſigna hæc adducam; cui facilè erit reſpondere: Hip. in lib. de morbis, qui intus, vt calculos in renibus ab ijs, qui in veſica generantur interſtinguentia ſigna adduceret, rem clariſſimè hiſce verbis illuſtrat. Quibus arenulæ

aſſatio qd ſit.

coctio ſimplex quid ſit.

dubitatio.

ſolutio.

cum

cum vrina rubeæ exeunt, his lapis eſt in renibus, ſecus aũt ſi flauæ, & ſubpallidæ in veſica calcul⁹ ſignificatur, licet obſcuri⁹ idẽ inferat ſec.4.aph.79. dum habet. *Si* in vrina arenoſa ſubſiſtunt his veſica laborat calculo, quaſi tacitè exprimere vellet, arenulas in renibus genitas, mox ad veſicã depulſas ob viſciditatem cõtinuantem per calculorum additamentum in craſſiorem lapidem verti. *cognitio calculorum renũ à calculis veſicæ.*

Verúm ſi ad materialẽ cauſam cõfugimus, præuenit illicò cum Galeno, cæteriſq; Grçcis craſſus, aut glutinoſus ſuccus quoquo pacto vitiatus, ſiquidem is ad lapides generandos opportuna eſt materia, nec alia eſſe poteſt, ſi tamen vera ſunt, quæ Ariſt. in lib. de mineralibus teſtata reliquit, nimirum, quòd terra pura lapis non fit, requirit enim, inquit ille, terminationem, hoc eſt humidum viſcoſum cõtinuans, ea propter cum ſuccorũ viſciditas de terreo, & humido participet, erit procul dubio ad renũ calculos efformãdos aptiſſima cauſa materialis.

De inſtrumentali dubitãdum non videtur, cum renes, docente experientia, membra ſint ad id munus præſtandum valdè opportuna, licet nõ deſint, & aliæ corporis particulç, quç, vt anteà dixi, ad eoſdem calculos cõficiendos

ſint idoneæ. Sed ommittamus hæc, & ad finalem recurramus.

Finalis, inquam, cauſa cum Galeno loco pręcitato, non alia, q̃ lapis ipſe, ſtatuenda eſt.

Non negarim ẽt; alias calculorum cauſas adduci poſſe, quarum alias intrinſecas, procatarticas alias, ſeu de foris aduenientes recẽſerem. Internarum vnam, & valdè notatu dignam vitiatam genituram, non ſecus atq; membrorũ inter ſe principalium diſcraſiam, vt potè frigidam, & humidã ventriculi intemperiem, hepatis verò, & renum calidiſſimam non abs re arbitrarer. Et primo de vitiata genitura, quòd huiuſcemodi effectus cauſa eſſe poſſit ambigendum non eſt, cum inter eos affectus, & morbos, qui hæreditarij ſunt, adnumerentur, vt gratia exempli, ſunt lues Gallica, ſcrophulæ, vẽtriculi imbecillitas, roboris impotentia, comitialis morbus, podagra, vel artritis, intẽſa hepatis caliditas, capitis dolor immanis, & continuus, alijq; id genus inſanabiles morbi, quos, cum huius non ſint loci, ſilentio hic prætranſeo. Dicuntur autem, ſi quis quærat, hęreditarij affect⁹, quoniam à naturę primordijs vna cũ ſemine à ſingulis corporis partibus proueniẽte, vitiatus, humor, vel qualitas defertur, quæ poſteà in embrionis con-

morbi hereditarij qui ſint.

Cur aliq. morbi dicãtur hæreditarij.

for-

formatione conſimili parti communicatur: Hinc non mirandum, ſi medici ſuo interdùm fine fruſtreatur, totq; remedia, licet fortia in caſſum propinent, ſummamq; rerum omnium dignißimam perſepè deperdant. Ob id admonitos velim medicos omnes, (quòd ſemper maiorum meorum pace dictum ſit) vt ſtatim, cognito morbo, ægros interrogent, an eodem affectu ipſorum parentes ęgrotarent, eo præ-præſertim tempore, quo fuère geniti, quod à parentibus ipſis, vel ab amicis percipi facilè poteſt, qm̃ id, & ad curationem, & ad prognoſticam maximi eſt momenti. Mihiq; inter ceteros fælici cum euẽtu, quamuis valdè inueni non rarò contigit. Sed quià de hæreditarijs morbis mihi ſermo eſt, placeat tibi ò lector hoc vnũ adnotare, nimjrũ mulieres ſcrophuloſas non eſſe tibi matrimonij vinculo coniũgendas, non ꝙ matrimoniũ cum eis pręſtitum non valeat, abſit, ſed quoniã proles dimanans tota erit ſcrophuloſa, quód vtiq; dicẽdum de viris, cum ab vtroq; ſemen à ſingulis, vt dixi, partibus decidat, ſimulq; ad generationem contrà aliter opinantium garritum cõcurrat. Prudentis enim conſilij eſt ſemper virum, & coniugem boni habitus, probæ indolis, cõcinnarũq; partiũ eligere, vt indè ſoboles ſit vſq;

quid agẽdũ à medico, cum ad ægrum accedit.

mulieres ſcrophuloſæ cur abhorrẽ.

coniuges quales ſĩt eligendæ.

quaq; pfecta, valdeq; parentibus ſimilis: Quid .n. pulchrius deſiderari pōt ſobole formoſa? quid iucundius liberis expeditis concinnitate membrorum donatis? certè non aliud? [Hæc tamen dum ſcribo, coniuge, & liberis careo] quid diuitiæ proſunt, ſi hæredibus caremus? quid honores, ſi nobiſcum ferè pereunt? quid ſcientiæ, ſi quos doceamus, cariores non habemus filios? Hinc eſt, quod abſq; liberis deſtruātur imperia, pereant principatus, ruātq; in deterius tituli, cunctaq; cum morte malorū omnium peſſima concidant. Quare à ſcrupuloſis, & à natura ſignatis cauete.

à ſignatis cauendū

Vtq; ad rem regrediar, vitiata genitura à parentibus delata calculoſi affectus cauſa interna eſſe poteſt: vnde fit, vt tot inſanabiles affectus euagentur, qui, quoniā à natura ſunt donati, & cum ipſis partibus ſimilaribus congeniti, citrà vitæ ꝓpriæ deſtructionē, ſeparari haud poſſunt: hi autem dicuntur morbi connaturales; haud itaq; de cauſa eorum nunquam medicus, quæ præter naturam ſunt, optimè dignoſcet, quin ea prius, q̄ ſecundū naturam ſunt, ſatis perſpecta habeat, ſed inter ea, quæ ſecundū naturam ſunt, vt quid ſummuum, eſt parentum genituræ diſpoſitio, quam Galenus peracris ingenij, & doctrinę vir paſſim magni

fecit

fecit, Igitur neq; à nobis prætereunda.

Quód autem membrorum inter ſe principalium diſcraſia, ſeu intemperies talium ſit in renibus lapidum potiſſima cauſa, ratio ſatis oſtendit. Etenim data ventriculi frigida. & humida intemperiè, hepatis verò, ac renum calida, nulli dubiũ eſt, ex coctricis facultatis imbecillitate ſuccos, ſeu chimos tenaces, ac crudos nutritioni ineptos, ac rebelles in ventriculo coaceruari, q mox ab hepate p venas meſeraicas non parum calido audè attracti, vná cũ ſero ſanguinis ad renes cõfusè calidos delati, gignẽdo lapidi materiam ſuppeditant opportunã; cum tãdẽ aliquando in habẽtibus ſymbolũ. Ariſt. magiſtro 3. de gen. 25. facilis ſit tranſitus: maximè quia hepatis, ac renum caliditas in dicto caſu aliena cum ſit, & pter naturam (nam natura inter certos ſolum temperiei gradus cohibetur) viſcidam illam terreſtremq; materiam in vnum acyus coget, atq; denſabit. Quandoquidem vnumquodq; quod debet condenſari. Ariſt. docente in Meteor. à ſummo calore, vel frigore cogitur.

in habentibus ſimbolum facilis eſt trãſitus.

condẽſatio à quibus fiat.

Neq; iuditio meo procatarticæ, ſeu extrinſecæ cauſæ ſunt prætermittendæ, cum, & ipſæ ad eoſdem procreãdos calculos vim non mediocrem obtineant, quas medullitus rimari

cibi,& potus varie-tas, quot, & q̄ mala producat

ad rem ſatis conducet, Quarum potiſſimam eſculentorum, vel poculẽtorum diuerſitatem cum Galeno libentiſſimè recenſerem: Vtq; à re parúm digrediar, inextimabilis eſt iactura, quæ ab huiuſcemodi cibi, & potus varietate ſolet dimāare: Hinc tardæ coctiones eueniũt, vẽtriculi cruciatus immanes, capitis grauitas, vitiatus cutis color, oris putridus, & perpetuò formidabilis halitus, interrupti, ac triſtes sõni vellicantia viſcerum tormina, fluctuationes crebræ, imꝑfecta ſoboles, atq; deformis: hinc vertigines crebræ, catarri, hinc deniq;, ꝙ oĩũ exiſtit peſſimum, fata perſępè immatura. Hæc ſunt eſculentorum, vel poculẽtorum præmia, eoq; præſertim, ſi quæ ingurgitantur edulia, pinguia ſint, ac viſcida, atq; ꝑdura ſubſtantia conſtent, quæq; bibuntur, ſint acerba, acida, atra, turbida, non probè in dolijs cocta, atq; ſublimata, hæc ſiquidem omnia commodam lapidi materiam addunt: ea de re fructus ferè omnes abhorrendos cõſulerem, item fungos,

fungi ex qua fiant materia.

qui viſcidi adeò ſunt, & ꝑnicioſi, vt nil magis, cum ex vapore terræ putrido, truculentiſſimæ peſtis apta materia, enaſcantur, & conſtent, quamuis, vt ipſorum excellens malitia aliquo

modꝰ cõdiẽdi fungos.

pacto detrudatur, ferro, pane, allijs in hac nr̃a Mediolanenſi Prouincia eos concoquant, & á

coctione,pipe,allio,petroſelino,& ſale dictos cōdiant,forſan opinātes, ipſos ſic cōcinnatos citrà noxam poſſe cōmanducari, ſed vera vt fatear, à recto ſecuritatis tramite deuiant, cū non paucos ipſe viderim fungos ſic ꝑparatos ediſſe,fatoq; diro paulò poſt infæliciſſimè ceſiſſe: fortè quià ab aliquo ſerpēte prius fuerint tacti,vel quià ex peſtilenti aliquo terræ halitu fuerint congeniti,vt antidota dicta non ſuffecerint: vtvt tñ res ſit, periculū euidentiſſimum eſſe ex aliorū miſerrimo experimēto acceptū iure optimo conteſtandum. Porrò valeat in proximos pietas. Edoceam nunc fungorum quoddam antidotū, quod in praxi non habet par, nec non aliquibus fortaſſe huc, vſq; incognitum. Excoquuntur fungi pirorum folijs, vel ſi fieri poteſt fructibus fruſtulatim cæſis addito tamen allio,& pipere,ac modico ſale, hæc .n. fungorum malam qualitatem integrè infringunt ita, vt edi liberè poſſint citrá euidentem noxam:non nego tamen, peſſimū eos ſuccum gignere ſolere,cum ex Ariſt.decretis, orta ſuorum ſemper principiorum naturam cōteſtari,luce clariùs appareat;qm̄ excoctum in ventriculo alimentum vtile mox ab hepate in ſanguinis formam commutatum, licet extrinſecam illam cibi figurationē ope caloris *Tutior modus parādi fungos.*

amittat, intrinſecæ tñ formæ veſtigia retinet, licet in nutriti ſubſtantiam conuertatur, cùm, vt ex Ariſtotelis decerpſimus monumentis ex ijſdem enutriamur, ex quibus componimur. Hac itaq; de cauſa, cum alimenta praui ſucci, & naturæ ſint, prauas itidē nutritiones ſecum deferant neceſſe eſt. Quid autem nutritiones ex prauis ſuccis exortę viuenti pariant. Aetius lib. 2. de re medica cap. 240. hiſce verbis oſtēdit. Ab omnibus edulijs, quæ mali ſunt ſucci, quamuis probè concoquantur omninò abſtinendum conſulo, tùm ſubdit; Senſim. n. ex his temporis progreſſu irrepit deprauatus humor intrà venas collectus, qui qualibet leui occaſione putrefactus maleficas, & lęthales febres accendit, quæ verò ſint mali ſucci edulia ſubiungit inferius. Hæc illæ, ex quibus, quanto ſint detrimento fungi ab eodem etiam infrà nominati, aliaq; id genus cibaria, apertiſſimé conſtat.

nutrimur ex ijſdem ex quib⁹ componimur.

damnum emergens ex nutritione praui ſucci.

Ergò fūgi nō ſūtniſi aliquādo, vt in delicijs, habendi, cum, præterquamquod peſſimi ſint temperamenti, & illaudabilis ſubſtantiæ, ſint etiam viſcidi, & ad gignendos renum calculos idonei: his minus frixa omnia in ſartagine, ouaq; præſertim à Gręcis, & Arabibus paſſim deteſtata, ſuillæ item carnes toſtæ, piſces oēs

fūgorum dānatio. Frixa omnia ſunt formidanda.

ex

ex putri oligine orti, vt anguillæ, & tinchæ, præſertim ſi in aquis cænoſis, & immobilibus degant, ea etiam, quæ diutius in aceto fuerint macerata, vel ſale denſata, vel temporis diuturnitate quaſi conſumpta, vt potè ſunt caſei carie corroſi, qui ſubſtantiæ noſtræ adeò aduerſantur, vt cum venenis ipſis de præcellētia pugnent; ob id ꝓcul abſint. Quod ſi vera lubet fateri, ſi vno pane, vna carne vitulina, vno eodemq; vino poſſent omnes homines veſci, ꝑ ſecula incolumes omni prorſus culpa vacātes ſeruarētur. Sed de ciborū varietate, vt calculi renū procatartica cauſa ſit hic dictū abundè.

Addit inter procatarticas cauſas Galenus immoderatū à cibo laborem, ſeù venerea ſit exercitatio, ſeù equitatió, ſeù luctat⁹, ſeù pilæ vſus, ſeù quiuis alius labor, nam ab exercitio venereo, ſeù alio dicto excalefiunt renes, calorque à coctione auertitur, vndè cruditates exurgunt, quæ ab hepate per meſeraicas à renum caliditate irritato, attrahuntur, quò fit, vt ſuccorum lentor, & viſcoſitas ad renes depulſa agēte calore renum intenſo, à nominato labore oborto, condenſetur magis, tandemq; lapideſcat: & non ſolum hac de cauſa à cibo damnantur exercicia quælibet, ſed etiam alia ratione, etenim grauantur ſtatim, & dolitant

[illegible] ſemper [illegible]

capita, cibiq; ſubuerſio, & corruptela reſultat ex qua ſucceſſiuè mali moris febres originem trahunt, quibus de cauſis parũper à cibo animo, & corpore quieſcendum eſſe conſulimus.

His accedit otium malorum penè omniũ, numquid ſuccorum vitiotorũ fons, & minera; Accedunt etiam cibi natura ſua nimis calidi, vel calidis aromatibus conditi, quos medicorum aliqui ad Venerem inſulsè concitandam interdum ſuadent. Siquidẽ cum in iecinore, tum in renibus intemperiem calidã inducere nati ſunt, ob quam naturalis in renibus ad afformãdos calculos fit potentia, prçterquam quod ſanguis admodum feruidus cauſonides febres, eriſypelata, anginas, pleuritides, peripneumonias, furores ſolet parere, quæ cum grauiſsima vt plurimũ accidẽtia ſecum deferant, miſerrimæ cladis interdũ cauſa exiſtũt. Neq; à re ẽt. eſt alienum excogitare, indumẽta ſtrictè renibus accincta, extrinſecã eſſe cauſã, cur in renibus calculi eueniant, quoniam hæc in nõnullis calidam renum intemperiem non modo adaugent, verum ẽt perſçpè inducunt. Quamobrem renũ adductis calculorũ cauſis, vt ordini pollicito inſiſtamus, ad ſigna deueniendum.

error quorundam medicorum.

ſanguis valdè feruidus q̃ mala pariat.

SYN-

SYNTAGMA SECVNDVM.

De inditijs calculi renum.

DIuinum medicina inuentum, licet de genere habitus ſcientifici ſit, eius tamen opus, ſeù exercitatio eſt coniecturalis, vt Hipp. primo prognoſt. tex. 3., & 4. commemorat, atq; ad præſentium effectuū cauſas indagādas per notiora ſēper procedit. Obid. fieri haud poteſt vt ferus hic, & immanis nefriticus affectus dignoſcatur, probèq; curetur, quin eius certa prius inditia obtineātur, quæ ſi quis deſideret, ab Hip. in lib. de paſſionibus, & morbis, qui intus, poterit excipere, item à Galeno lib. de renum affectus dinot., & curat. cap. 3. ab. Aetio ſermone 11. cap. 4. ex Archigene, & Philagrio, A Paulo Ægineta lib. 3. cap. 45. ab Haly lib. 7. prac. cap. 42. A. Serapione trac. 4. de ægrtiud renū, & veſicæ cap. 19. A Tralliano lib. 10. cap. 1. nec non ab alijs primę claſis authoribus. Hæc inquam ſunt. Renes, teſtes, lumbi, cuncta dolitātia, creber mictus, & difficilis, ſolemnis in virgæ præputio titillatio interdum doloroſa, lotium ſenſim ſtringitur, quocū arenula exit, quę, cum pertranſit, locij meatū maximopere vexat, quæ, cum exiuit, lenitur dolor, deindè

medica exercitatio dſt cōiecturalis

nefritici per certa ſigna cognitio.

rurſus

rurſus ijsdem angitur, atq; excruciatur; Lotiũ primo aquoſum, mox cruentum excernitur, cruris aduenit ſtupor, ſentiendi mouendiq; in particula difficultas, vomitus item æruginoſi, interdum bilioſi; dorſum tandem ægrè flecti poteſt. Iſthæc nefriticum ſolent affectum inditia con comitari, quorũ adhuc rationes, vt profundior rei noſtræ cognitio adimpleatur, ſubdere hic nõ à re prorſus alienũ dijudicaui, quoniam, vt ex Ariſt. decretis didicimus po. phiſic. cuiuſque rei cognitio per cauſas, principia, & elementa habenda eſt.

Vtq. po. à rene tanquam ab inſtrumento, & parte magis affecta exordiar. Sciendum, renibus, cum hoc affectu laborant, fixũ ineſſe dolorem, non perpetuò in ambobus, ſed aliquãdo in vno, aut alio, dolentq; ob calculorũ præſentiam, non quia, vt perperam aliqui sũt imaginati, circumiacentes renum cauitatis partes à calculorum angulis vulnerentur, vel quia, vt pei⁹ alij, vrinarium meatũ obſtruant, vrinaq; continuum extendat, vnde triſtis ſenſatio eueniat, (abſit) quoniam, vt Galenus loco nuper citato innuit, incordis, iecoris, ac renum capacitate non fit ſenſus, at in ſupficie ſolum: Erit igitur ex eodẽ Galeno cauſa, quia grauatur cauitas, atq; ideò cruciatus emergit, &

ſenſus renis nõ fit in cauitate, ſed in ſuperficie.

& dolor: quandoquidem mēbrana quæ toris eſt, vndiq; renē circumambiens, extenditur, vndè calculis interna cauitas adimpleta, circumiacentem membranā extēdens, acerbam ſenſationem producit.

Lumbi quoq; eadem de cauſa vidētur dolere ob eam, quàm propriè dicimus, compaſſionē, quià in vrinę ductibus, quippè neruoſis, & maximè ſenſibilibus; circa quos lumbi exiſtunt, dolor ſæuiſſimus excitatur: hac itaque ratione compatiantur, & ipſi neceſſe eſt, neq; mirum, cum in humano corpore conſenſus ſit partium vnus, & conſpiratio vna.

In hōīne cōsēsu ē partiū vnus, & conſpiratio vna.

Teſtis etiam cōtrahitur vnus, vel alter pro renis dolentis latere, atq; etiam crus vna, eadēq; de cauſa ſtupore afficitur, Etenim primò ex cruris ſtupore, quod à rene ſecūdum lumbum porrigitur, quis renum, dexter, an læuus affectus ſit, tutò poteris cōijcere: Nam ſi dextrum crus occupauerit ſtupor, dextrū renem, ſin autem læuum, ſiniſtrum renem ægrotare tutò arbitraberis. Eſt autē ſtupor, vt Galenus dicto loco præcipit, ſentiendi, mouendiq; in particula difficultas: is .n. non aliter in crure fit, niſi quia vena, quæ ad infernas partes demiſſa eſt, triplici ramo, vt ſępiꝰ in anatomicis ſectionibus vidimus, diuiditur, quorum vnus

Stupor quid ſit.

cum

cum arterijs ad teſtes, vaſaq; ſpermatica deſcẽdit: Alius vero renes ingreditur, poſtremus ad crura porrigitur.

Cum igitur in renibus lapis generatur, vna tum afficitur vena, quæ ad crura delabitur: ſunt enim ab vna ſobole, vt Gal. docuit, cauæ venæ, quas ad inferiora natura diſtribuit: igitur vena, quę ad crura procedit, repletur, qua repleta neruus ſtatim ſtringitur Porrò autẽ muſculus, cũ neruus ſtringitur, animalẽ quandoq; ſpiritũ haud tranſmitit, vndè ſenſu crus deſtituitur, & prouenit ſtupor.

teſtiur etractio quomodo indicit nefriticum affectum.

Dextri etiam, vel ſiniſtri teſtis retractio, dextrũ, vel læuum renem diro calculi affectu laborare, quòd ſit inditio, ratio ſatis cõmõſtrat. Nam à iecore, & corde, vt ſæpius in anatome conſpeximus, vena caua, & arteria ad renes ꝓcedit, q̃ in eorũ cauitatẽ miro quodã artificio inſeritur, vaſa veró ſeminalia, ad teſticulos feruntur. Quando igitur lapis in renibus generatur, vena illa, & arteria, ſimul atq; vaſa ſeminalia, quę ad teſtes pertingunt, diſtenduntur, atq; ità per compaſſionẽ, vt ãteà diximus, teſtes retrahuntur.

vomitus cur nefriticum adueniat.

Vomitum hoc in caſu æruginoſum, ac frequẽter bilioſum obtingere, ſoli renũ poſituræ cauſam adſcribendam eſſe crederem: & ratio

eſt,

eſt, quoniam, vt videre eſt in corporum diſſectione, ſecundum ſpinam poſt inteſtina, & ventriculū ſunt renes collocati. Hinc eſt, quod facta in renibus violēta quadam diſtenſione, per copulas, (vt ita loquar) ad inteſtina, & ventriculum affectio digreditur, ac proindè affectione aſcendente ſequitur ſubuerſio, & vomitus.

At inter pleraq; hoc vnum mirandū videtur, quod ſubſiſtētibus calculis, dum ad extrà propelluntur, quędam in virga titilatio, acuta tamen perſentitur; Attamen res eſt cum ratione copulata. Etenim natura ad eius, quod moleſtat expulſionem ſtimulatur: ideó occurrunt ſpiritus, quibus in fiſtuloſam pudendorū partem irrumpentibus immaniter ipſam lancinant, atq; contendunt: in omni .n. naturali motione, vbi præſertim dolor extat, ſanguis, & ſpiritus, qui naturæ vehicula ſunt Galeno referente loco citato, ſemper concurrunt. *Vbi dolor eſt ſāguis et ſpiritus ſēper curũrunt.*

Adhuc calculoſi dum mingunt; dolorem ſentiūt infeſtiſſimū, quia per vrinarios meat⁹, vt potè valdè ſenſibiles tranſientes arenulæ, quę aſperę ſunt, & anguloſę eorum margines, ac parietes feriunt, ac proindè dolor importunus, & ferox percipitur.

Porro autem quód lotium imprimis aquo-

ſum

ſum emingant, mox cruētū cauſa de ſe paret, quia cū ſit in renibus obſtructio, ceu per cribrum affluunt lotia, demum cum dolor quieuerit, calculi excernuntur, non diſſimili modo ac in mulierib⁹ parturiētibus vſu euenit, in quibus ad grauantis fætus egreſſum partes illæ naturales dilatantur. Ità in propoſito caſu renum violentia earū ſubſtantia fatiſcit, lapiſq; tandem egreditur. Multoties etiam pręmagnitudine detenti lapides in collo veſicæ in extremum patientes periculum deduxere prę doloris acumine, nec vrinas excerni permiſerunt, quamuis idē lapis in collo veſicæ detēt⁹, ob aſperitatem inſanabilia vlcera pepererit, tametſi in collo eiuſmet veſicæ aliquam ea curationem admittant, quòd non euenit, ſi fortè fortuna in alia eius parte eadem fiant, ratione, qua ſint in membro exāgui, ad quod natura ſanguinē, & ſpiritus ad tuendam partē trāſmittere haud poteſt, ob id impoſibilis eſt curatio. Sed ad rem. Virnā inquam cruentam poſtmodū emittūt calculoſi, cuius rei cauſam Galenus citato libro, & cap. attulit: Inquit enim; eſſe poteſt, vt vaſorum ſit apertio, vel ruptio, vel eroſio, vel imbecillitas, aliqua, vel dilatatio, vel quidpiam aliud tale.

Vlcera in veſica cur vtplurimū inſanabilia

Si ſit vaſorū ruptio [inquit ille] exquiſitus, &

& conſertim egeſtus ſanguis exinanitur.

Si ſit apertio, paulatim fertur, & ſanguis tenuiſſimus emanans cruentam reddit vrinã.

Si ſit vaſorum imbecillitas, quocumq; tẽpore, & momento ſanguis egeritur.

Si ſit dilatatio, vnà cum ſanguine aliæ quoq; craſſitudines excernuntur.

Sin ſanguis aquoſus, lapidem conſiſtere certó credas.

Si demùm qui excernitur cruor, craſſus ſit, ipſius craſſitudinem in lapidem violenta coactione eſſe tandem abituram exiſtimandum. Quapropter particularium ſimptomatũ, quæ nefriticis obtingunt, ſeu ſignorum cauſas ex Galeni, aliorumque Grecorum, & Arabum codicibus deprumptas ex dictis habes.

Neuę tanti momenti negotium, in quo tot non vulgaris famæ medici aberrarunt, ſubter fugiam, vti Galenus in certo Solone bis ſe eſſe deceptum ingenuè fatetur, qui cum nefritico morbo laboraret, æquiuocauit, exiſtimans, dictũ affectum colicum eſſe ob ſimptomatum analogiam, & hæc eſt cauſa, cur medicorum non pauci ſuo ſæpius fine fruſtrentur, quià ęgrè ferunt languẽtes de ſingulis interrogare, atq;ità morbos perfectè cum non cognoſcãt, ipſos veræ curationis ſcopum attingere per-

cognito morbo nil facilius curatione

difficile eſt. Ob id dicebat Hyppocrates, cognito morbo nil eſſe curatione facili⁹. ſint igitur medici ſolertes, & valdè accurati in interrogandis ęgris, vt hac methodo probé ſciant, qualis, quantuſq; ſit morbus, qualia, quãtaq; pręſidia adhibere debeant, vt indè deperdita ſanitas bonorum laudabiliũ potiſſima integrè recuperetur. Et idcircò nefritici doloris à colico differentias ex Tralliani, & Auic. ſẽtẽtia decerptas, vt rei, de qua agimus, cognitio adimpleatur, ſubdere hìc non ſum grauatus. nã primò dolores nefriticis adeò frequẽtes non eueniunt, ac colica paſſione correptis. Nefriticis itẽ non ità adſtringitur aluus, nec vomit⁹ ità copioſi, & continui, ac in colicis exiſtunt: Vrinæ item in nefriticis tenuiores, quàm in colicis in initio tamẽ, at quòd meliùs interſtinguit, id eſt, quód in nefriticis tẽporis ꝓgreſſu arenoſę fiunt vrine: Ampliùs in colicis, excretis fecibus ceſſat dolor, ꝙ in nefriticis haud euenire comperimus: verum quidem eſt, quòd in nefriticis, ſicut ob ciborum repletionem intenditur magis, & exacerbatur dolor, ità per inanitionem, quæ, vt plurimum, enematibus fit; aliqua ex parte remittit. Adhuc in colicis non modò circà colum vexat dolor, verùm etiam per totum ventrem, quod in nefriticis mi-

Tra. lib. x ca. 1. Aẽ. lib. 3. Fẽ. 16. Trac. 3. cap. x.

colici doloris à nefritico differentia.

minimè cognoſcitur. Addo ego aliam differentiam, quòd in nefriticis adeſt dolor à rene ad fæmur perueniens, qui in colo non eſt, at hæc eſt differentia infallibilis, quàm fælici cũ euentu ſẽper obſeruaui. Quare doloris colici á nefritico differentiæ, & inditia ex Galeni, & Tralliani decretis ſatis ſuperq; conſtant.

SYNTAGMA TERTIVM,
Quæ ſint naturæ ad renum calculos magis pronæ.

HActenus de calculorum cauſis, & ſignis ſcriptum eſt abundè, nunc verò demonſtrandæ ſunt naturæ huic affectui magis obnoxię Paulus lib. 3. cap. 45. & Aetius lib. 11. cap. 4. prouectæ ætatis viros ynanimi cõſẽſu arbitrantur. Verûm Serapio trac. 4. cap. 19. ſenecta oppreſſos exiſtimauit; Ego verò lactantes pueros, complures iuuenes, edaces tñ, mulieres etiam nõ paucas vidi, quarum duas vtero gerentes hac infelici calamitate correptas Deo auſpice ſoſpites reddidi, neq; id mirum, quià poſita membrornm principalium diſcraſia, itẽ crapula, & reliquis epilogo iam comprehenſis, lapidem haud quaquam gigni eſt impoſſibile. Agens enim paſſo diſpoſito

pueri lactãtes nefriticis obnoxij.

Agens ap ꝓximatũ paſſo diſpoſito eſt impoſſibile non agere

approximatum in ipſum agere, illudq; tranſmutare naturę lex eſt, quòd ſi hoc non fieret, vniuerſi ordo perueterteretur. Eos rursùm adnotaui huic paſſioni ſubditos, qui voraces, ac helluones ſunt, qui caſeo, præſertim recenti, alijſq; id gen⁹ viſcidis edulijs ſuperiori capite ſedulò ſignificatis, veſcuntur, qui deniq; indigeſtum ſuprà indigeſtum, quo nil deterius, vt Hip. paſſim meminit, apponunt; Eos ampliùs, qui venereis illecebris immodicè delectantur. Hi ſiquidem cùm exercitij immodici coctiones prohibentis, tùm caloris intenſi in renibus orti ratione materiã lapidi generãdo commodiſſimam præparant.

Venatoris hiſtoria.

Eadem fermè de cauſa hunc affectũ venatores frequentiſſimè incurrunt, quorum dumtaxat duos, vt reliquos ſileam, in veritatis teſtimonium adducere non dedignabor. Is ſiquidem fuit Melchior Ferrarius in venatoria ſolemnis, & ſolers, qui ob inexplicabilem venationis delectationem in niue pernoctare, in montibus vri, ac famę quaſi perire non dubitabat. Hic cum annis quinq; ſuprà triginta vitam ſemper incolumẽ traduxiſſet, nec ſemel de febricula conqſtus fuiſſet ineũte autumno dolorem pergrauem in dextri renis regione cępit perſentire, tamen venationis dulcedine

per-

permotus, vt quorundam mos eſt, non modo dolorẽ ſpreuit, verùm etiam vnius ferè mẽſis intercapedine morbum vlteriùs protraxit, tandem non valens ampliùs, decumbere coactus fuit. Herus ipſius, qui tunc erat Gaſpar Abdua vir prǽclarus, & nobilis de tanti ſerui ſalute anxiùs, & valdè ſollicitus, meiq; ſatis familiaris, me conuocare, (attento ſerui vitæ diſcrimine, in quod tũc verſabatur) protinùs determinauit: Ad quem accerſitus, ægrum de more ſuper ſingula interrogans, ſtuporem in crure iuxtà dolẽtis renis regionem adnotaui; vrinas perpaucas, ac ſtillatim quaſi labentes animaduerti: Inſtabat etiã in rene fixus dolor pulſatilis nõ ſine mordaci quadam febricula. Hæc cùm animo ſedulò volitaſſem, vel in renibus abſeſſum, vel aliquem in ipſis lapidem inſidere dijudicaui. In offerendis varijs, ac varijs præſidijs, quę morbi cauſas, morbum, & ſymptomata è diametrò reſpicerent haud auarus extiti. Tandem aliquando poſt tot tẽtata perfugia, infęlici fuit fato ereptus. Herdictus à me ter, quaterue efflagitauit, vt, ſi liceret, tàm acerbæ mortis cauſa, & membrum affectum dignoſceretur. Pro viribus ipſi ſatiſféci: Siq; dẽ ab artifice noſtro cadauer ſtatim exenterari præcepi, renq; in morbo dolitans

 de-

detractus fuit, mox apertus in cuius ſubſtãtia p̄durus lapis ponderis vntiæ ſemis, adinuẽtus fuit cum adiacẽtia peſtilentis puris: Quæ cum viderim, humanã calamitatẽ, artiſq; medicæ difficultatem longè maiorem, quàm anteà exiſtimaui.

lapis ingens in renis ſubſtãtia inuentus.

Senẽ alterũ fortunȩ bonis valdè affluẽtem eadem de cauſa deploratum, & mortuũ paulò poſt conſpexi; At hic medicos omnes admonitos velim, nefriticos oẽs vltrà quadraginta annos non curari, & eſt Hipocratis ſententia in prognoſt. Rursùs in pinguibus, quàm in extenuatis, ac macie conſumptis frequentiùs lapilli in renibus progignũtur; cauſa eſſe põt, quoniam pingues anguſtiores habent vias, & cõſequẽter in eis materiæ flegmaticæ, viſcidȩ ad penetrationem, & tranſpirationem ineptȩ multiplicantur. Hos igitur caſus exempli ſolũ gratia hic adducere volui, reliquos tùm incolumitati reſtitutos, tùm acerbo fato depreſſos aliundè; vt poté in meo illo ingenti volumine de ſex millibus interius hominum cauſis inſcriptc, breui, Deo fauente, typis cudendo, referam.

pĩguescur magis, q̃ graciles nefritidi ſubditi.

SYN-

SYNTAGMA QVARTVM,

De ratione præſeruandi à renum calculo.

CAlculorum hucuſq; cauſis, inditijs, & aptioribus naturis enucleatis, expedit nunc, vt rationē, ſeù viā, quà à tanto hoſte homines vindicētur, edoceamus. Etenim primò moderatum victus regimen in ſex rebus non naturalibus in re hac tanti eſſe momenti cenſemus, vt ſuprà hoc totius negotij cardo vertatur. Probè etiā coctiones celebrari conſulo, non niſi quià ingluuies, ſatietas, & per conſequens cruditas, Galeno teſtāte lib. citato cap. 5. hunc ſolent affectū non modó parère, verū etiam, vbi nullus eſt, efficere. Ab omnibus etiam edulijs, quę duræ ſunt ſubſtantiæ, quæ craſſa, viſcida, lentoreq; prædita ſunt, quæ ēt ocyſſimè antè confectam coctionem corporis particulas diſtribuūtur, quæ in ventriculo natant, quę demum vias, & meatus oblimant, ac obſtruunt, omnimodè cauendum arbitrarer: Auic. ſuadente: cauſa eſt, quià ventriculus à prędictis ciborum generibus grauatus, cruditates gignit, genitaſq; ad hepar, & renes exquiſité calidos detrudit, quò fit, vt prauè excolatum alimentum in lapidoſam materiam

ſatietas calculi efficaciſſima cauſa

lib. 3. fen. 18. trac. 2. cap. 16

vinũ meracum ne ſtridi gignẽda apium.

conuertatur. Temetum ſit album, ac tenue, nimiæq; vetuſtati aduerſans, non ſit meracũ, nec admodum atrum, qm̃ vinũ hoc cùm craſſarum ſit partiũ, lapillorum generationi apprimé conducet. Quòd ſi fortè aliquis, vt Hiſpan⁹, vel alter, vino, vt obtingit, aſſuetus haud fuerit, ſed dumtaxat aquis, eas, ſi fieri poteſt, leues, claras, pluuiales eligat, non ſtagnantes, nec immobiles, omniumque minimè procelloſas. Stagnantes, Galenus, vt calculoſis aduerſiſſimas reijcit. Caſeus omnis, potiſſimũ recens, & craſſus procul abſit, tùm ob suã terreſtreitatem, ob quam ſit proxima cauſa ad lapidem, tùm ob ſuam frigiditatem, & ſiccitatem conſeruandæ memoriæ ineptã, tùm tandem, quia praui eſt ſucci, vt ſcriptorum maxima pars recordata eſt. Dulcia item, quæppeq; obſtruentia ſunt, euitentur. Aer ſit purus, lucidus, nõn cænoſus, nec alia de cauſa humidus. Sint exercitia pro laborantis natura, & conſuetudine modica, inter extrema, media, cum omnia extrema natura abhorreat, & quod verum ſit, ipſis media iungit, cum in medio conſiſtat virtus. Alui recrementa ſint quotidiana, vel alternis ſaltem diebus. Inunctiones tertio quoq; die ex appropriatis oleis non ſunt ommittendæ: Quin etiam,

caſei vſus dãnãdus.

caſeus memoriæ aduerſans.

extrema omnia natura abhorret.

ſi

ſi calida renibus intẽperies adfuerit, fiat inũ-ctio ex oleo roſato incompleto, vnguento roſato, vel ſandalino, vel alio conſimili calidam rẽnum intemperiem remouente. Satiùs etiã eſſe putarem, ad rata, certaq; anni tempora, repurgato prius corpore, balnea dulcia, vel ſulfurea ingredi, nihilo tamen interdicente. Sanguinis etiam miſſio, ſi abſit, quod interdicat, non eſt ſilentio obuelanda: Nam fæculentus ſanguis, & melancolicus ad calculos cũ in renibus, túm in ſingulis corporis partibus progignendos valdè idoneus exiſtit. Præterea ſi enũdat ſanguis, ne in partem vel nobiliorẽ, vel imbecilliorem irruat, periculum impẽdet. Purgationes item vniuerſales, & vere, & autumno non immeritò cõſulerẽ, ſolùm tamen in ijs, quibus ventriculus ob propriã coctricis facultatis imbecillitatem crudæ, multæ, & prauæ ichoroſitates redundant, interdumq; á cæna Aetiò, & Celſo cõſulentibus, vomitus, ſi tamen huic nibil aduerſetur, imperandus eſt. Neq; à re iuditio meo cẽſerẽ, nõnulla interdũ medicamenta offerre, quæ craſſas, ac fætidas cierè vrinas poſſent, vt cardui, aſparagorum, graminis, pentafil.^ii maluæ, fæniculi, anethi, & aliorum huiuſmodi decoctũ, Terebintinam interdũ Cypriã, vt infrà fuſiùs demonſtrabo.

purgatio ſemel in ãno à calculis preſeruas.

Cæ-

Cæterùm, vt præſeruatiuam methodum vnico verbo cõplectar, nullum validius, nullũ præſtãtius remedium diæta adminiſtrari põt; quoniam hac mediante materia illa viſcida in vẽtriculo caloris defectu genita, ad hepar, & renes tranſmiſſa conſumitur, & quæ eſt generanda, prohibetur; etenim natura nunquã otioſa permanens, cum cibum, in quem agat, non habeat prauos, & ſuperfluos humores, partim conſumit, partim coquit, partim ſeparat. Qua de re remota calculorum cauſa materiali, quæ [vt ſuperius innui] eſt cruditas, & ſuccorum craſſities, remoueri morbũ, non eſt vlla ratione ambigendum.

diæta qm̃ valeat ad præſeruãdũ à calculis.

natura nũquam permanet otioſa.

Atq; medẽdi indicatio hoc in caſu vna eſſe non poteſt, quoniam cauſæ vt plurimum in medicina variant, & ad cauſæ variationem variari debet indicatio, cum à cauſa morbi præcipuè, Galeno docente in method. med. ſumi debeat medendi indicatio, cum in Ariſtotelis ſummi peripateticorum Principis decretis monitũ ſit, cauſam eſſe, qua poſita ponitur effectus, quaue ablata remouetur. Et hoc eſt illud, ad quod medici omnes deberẽt aduertere, nimirum, vt effectuum, ſeu morborum, vel ſymptomatum cauſas rimarẽtur, qm̃ ſine eis remoueri morbos eſt impoſſibile.

ad variationẽ cauſa medendi indicatio eſt varianda.

cãa quid ſit.

At

At in propoſito caſu multa ſunt, quæ cauſas euariant, ætas, nempè, locus, anni tempus, habitus, conſuetudo, diſpoſitio, mores, temperamentum, ſenſus facilitas, & difficultas, partiũ, differentiæ, poſitiones, aliaq; id genus ſimilia. Quarè perſpicâciſſimo, ac diligentiſſimo in his medico eſt opus, quoniam; dùm medicus morbi cauſas, dictaſq; conditiones ignorat, aut animo non cõtemplatur, morbũ expellat, niſi inſolẽti quadam fortuna ductus, incredibile eſt. Et herclè, ſi vera fatẽdum eſt (ſeruatis ſemper peritis) hodié pinguis eſt ità imperitorum grex, vt hominum ſalus, & vita non ampliùs medendi rationi, ac methodo, ſed fortunæ potius committatur. Quid? vita, vel hominis ſalus, qua nihil rerũ mortalium vtilius, aut iucundius, & ſinè qua nulla earum grata, vel ſuauis eſſe poteſt, vetulæ interdum committitur, ó fatua mens hominum. Quid .n. prodeſt Regibus regnãdi ſuauitas? Ducib⁹ gloria fortitudinis? Eruditis ſapientiæ oblectatio? ſi iaceant corpore infirmitatis moleſtia, & dolorib⁹ afflictos nihilominus tñ ſalutẽ hãc bonorum laudabilium optimã empirico alicui citrà rationem [beſtiarum more] operanti commendant, ò inſana hominũ cõſilia, & tamen inſciè ipſis concredunt, & cum ipſis

ſalutis præſtantia.

ſalus bonorum eſt laudabilium.

tan-

tandem inſciè pereunt. At ommitamus hæc, cùm de re hac ſat ſit veritas loquax. Prędicta, in quam, à medico, tùm in remediorum oblatione, tùm in viuendi inſtituto diligentiſ.ͤ attendantur opportet.

Quòd ſi fortè ob latẽtem aliquam cauſam medicamẽta non reſpõdeant, cùm in morbis diuinum quidpiam ineſſe, Appollinis oraculo monitum ſit, tunc ad ea, quæ pariter diuinum quidpiam ſpirant, quæue à tota ſubſtantia, & proprietate operãtur, deſcẽdere ſuadet ratio, dummodò tamen experimẽto, longaqꝫ exercitatione fuerint comprobata.

SYNTAGMA QVINTVM,
De rebus admirandis ad renum calculos.

CVM ſummum ſit mortali decus [docẽte Seneca] iuuare mortales: cùm homo homini Deus ſit, ea de
Homo Homini eſt Deus. re, vt in præſentes, ac poſteros vtilitas tranſeat, experimenta hæc, ceù arcana longa ſapientum virorum lectione aquiſita euulgare determinaui. Scio tamen, non defuturos aliquos, ad quorum manus meæ lucubrationes deuenient, qui non ſolùm canino dente in maledicentiam exardeſcent, verùm etiam de me adeò malè ſentient, vt ad mala

ſo-

Digitized by Google

ſolummoda natum non ad iuuandum me dixerint. Ego autem cum Cicerone ſolabor, nil laudabilius eſſe, quám á laudato viro laudari, & ab improbo improbari. Vt vt tamen res ſit, quiſquis es, qui arcana hęc executioni cõmittere cupis; ea prius, quæ in capitibus pręcedẽtibus ſcripſi, adamuſſim rimeris opportet, cũ ſint horum ſecretorũ baſis, & fundamentum. Eià igitur Deo auſpice exordiar.

laudabile eſt à viro laudato laudari, & improbari ab improbo.

Primum itaq; ſecretum ad renum calculos tollendos fælici cum euentu à me non ſemel comprobatum eſt huiuſmodi. R̷.ſem. vrticę ſcrupulos duos, pul. radic. glicirizzę ſcrupulũ vnum, ſucci limonum immaturorum vntiam vnam, iuris pulli calidi vntias quatuor miſce. capiat ieiuno ventriculo. Tantum enim hoc medicamenti genus in minuendis, pellẽdiſq; renũ calculis potuit, vt non pauci remedium hoc diuini quidpiam redolère dijudicarint, De vrtica, quòd inter diuretica medicamẽta dinumeretur non eſt dubiũ, cùm ſit ſecũdum Auicennã cap. 775. in principio tertij ordinis calida, & in ſecundo, ſicca, & vt docet Gal. in 5. de ſimpl. medic. facul. tenuuium partium, ob id dicitur vrtica, quaſi vrere videatur. Hęc præterquamquód renum lapillos frãgit, alijs eſt etiam facultatibus, longè nobiliorib. inſi-

vrticã ex diureticis eſſe medicamẽtis.

gnita

vires vrtica mira & diuerſa. g[illegible]um eius folia intra nares retenta, ſã-
guinis fluxum irritant, eiuſq; ſemen ebibitum
venereis illecebris opitulatur, folia itẽ, quod
mirum eſt, ſi ſuper egreſſam matricem ponã-
tur intus ſtatim illam reuocant. Adhúc ad
modum naſcalis, uel peſſarij eformata, &
intrà orificium matricis poſita menſes conuo
cant, Inſuper urtica humores craſſos, ac uiſ-
cidos è pectore ducit, ob id aſthmaticis ualdè
vrtica aſthmaticis proficua. proficua eſt, ſed de urticæ uiribus ſatis hic Li
quiritia etiam ingreditur, quia abſtertiua eſt
& lenitiua, ardoreſq; urinæ compeſcit, ac ue-
hiculum eſt cœteris ingredientibus præ ſua
dulcia oĩa ſunt naturæ amica. dulcedine; cum dulcia omnia naturæ amica
ſint, & ab hepate libenter deſiderentur, &
quod uerum ſit, uidemus, gulæ, & pulmonum
aſperitates ipſam oblinire, cum fœliciter in
ægrè ſpirantibus, ut potè pleuriticis, tuſſienti-
bus, aſthmaticis adminiſtretur. Ingreditu[illegible]r
ſuccus limorũ, cũ ſuccus limonũ hanc habe:t
peculiarem inter cœteras proprietatem, vt la-
ſuc' limonũ lapides frangit. pides in nihilum redigat, uti experimento re[illegible]s
clarius illuſtratur, ſi tamen uera eſt Hiſtor[illegible] a
Cleopatræ à Plinio, & alijs ſcriptoribus deſ-
limonis ſu[illegible]cus mar[illegible]garitas diſſoluit. cripta, quæ cum de maioris ſumptus cœna cũ
Antonio eius marito contenderet, margari-
tarum unam, quas auribus gerebat, precij [illegible] o
ſtro-

ſtrorum aureorum centum mille, in ſucco limonũ diſſoluendam poſuit, atq; abſorbendã ipſi libẽtiſſimè tribuit. Quid amplius? lapides ipſi cuiuſcunq; generis ſint, ſi quindecim dierum ſpatio in vaſe vitreo ſucco limonũ pleno poſiti, in fimo equino ſepeliantur, in prima principia reſoluuntur. Adhuc acutis, & mali moris febribus limonis ſuccum, vel aquam acetoſitatis limonis valẽter opitulari Auicẽna in lib. 4. canon. de cura feb. acutarum in generali eſt author. Vermes etiã potentiſſimé necat, in aqua cocta immiſtꝰ, tùm à putredine humores vindicat, tùm ſiticuloſis febre ardẽtiſſima correptis citiſſimè præſto eſt, uultus ẽt. nitorem conciliat, biliſq; in ventriculo furẽtis impetum effrenat, aliaque innumera pluries à probatiſſimis authoribus decantata, natura etiam ipſa admirante, demolitur. Tandem prædicta cum vino, vel iure calido exhibẽtur, vt cuiq; medicamenta omnia ad renes conferentia tepidis vehiculis eſſe adminiſtrãda non innoteſcat. At de primo remedio ſit ſatis dictum.

lapides ru breui rũ pantur.

limonis ſuccus vermes.

tepida oĩa renibus ci ducunt.

Egregiè quidem iuuat plurima balneatio in aquis ſulfureis hæc .n. dolores demulcet, arenulas in rẽnibus detentas minuit, & ad expulſionem irritat, quod vtiq; Rufi ſententia

fuit

fuit 23. conti. t. 3. cap. 2. ſed præter iuuamẽ-tum, quod præſtat manifeſtum, videtur etiam ratione ſulfuris contrariare intrinſecæ cauſæ lapillos generanti, quoniam, vt ſcias: duo ſunt genera lapillorũ, ſeu tartari à Theofraſto Paracelſo lib. de morbis ex Tartaro trac. po. cap. 2. internum, & externum, ſeu naturale, vel accidentale, externum generatur ex cibo, & potu. Internum vero, ſeu naturale illud eſt, quod à primordijs naturæ ortum trahit, & de hoc non ego intelligo hic tractare, cum hæreditarij morbi, vt ſuperius tetigi, in mea ſentẽtia ſint inſanabiles. Et ſanè mirum eſt, hominem in ſe omnes generationes, & omnia mineralia habere, eodem Paracelſo teſte loco citato; ſal. n. in corpore retinet, ſicut in ſudore apparet: liquor etiam, quo carnem ſuſtentat eſt ſal, ſed dulce. Sal ſanguinis amarum eſt, ſal ueró carnis eſt dulce, & quantò dulcior eſt caro, tantò melior eſt natura, & quantò amarior ſanguis, tantó plus homo fortis eſt in ſanguine, ſed de his non eſt huius loci retractare, cùm horum abundé meminerint Raimundus Lullius, Arnaldus Villanouanus, in ſuis ſecretis, Geber, & Auicenna in ſuis dictionibus, & ſummis. Ioſeph. Quercetanus in ſua phamacopea, Vſualdus Crolli' in

liquor carnem ſuſtentans eſt ſal dulce.

in ſua baſilica chimica, & alij.

Contrariare inquam videntur lapillorum generationi balnea ſnlfurea, cùm neſcio quid diuini, & ſuprà naturam obtineant. Etenim noſtra ætate plurimos vidimus deploratos, atq; à ſapientiſſimis medicis derelictos, mox ſolo balneorum ſulfureorũ vſu ſanitati reſtitutos, quos alia quãplura, ac pænè innumera medicamenta certa ratione, ac methodo adminiſtrata ſanare non voluèrũt, & ſanè ſi ſulfuris vires perpendimus, admirationem vbiq; ſpirant; nam eius fumus tuſſi medetur, fetum è corpore pellit, cum aceto ſulfur in pellenda ſcabie, licet antiqua, non habet par, in ouo poſitum, & ebibitum non modo regio morbo medetur, ſed & vertigini, & quod magis mirari eſt, epileptiæ; cum aqua, & vitro podagrę emplaſtratũ, miro eſt adiuuamento, eius item fumus intrà aures acceptus ſurditati medela eſt præſentanea, lethargicos item excitat, aliaq; admiranda operatur.

balnei ſulfureì vſus lapillorũ generationi contrarius eſt.

ſulfuris fumus tuſſi, & aſtmati medetur.

ſulfur vinũ vertigini prodeſt.

ſulfuris fumus epilepticos excitat.

Rubi radix præter alias admirãdas virtutes hanc poſſidet, quòd in cineres redacta, ac in vino cocta, lapillos è corpore pellit, ſed incumparabiles alias proprietates obtinet, nimirùm quòd eius decocto p os ſumpta vẽtris fluxum, & muliebria ſiſtit, vulnera coniungit,

rubi radix muliebria ſiſtit.

lotium cit, oculorum manantes lacrymas cohibet, uētriculo applicita ad emplaſtri modū uomitum compeſcit. Fructuū puluis uino impoſitus in acetum uinum ipſum commutat, manantem etiam cruorem retinet, quod aliquibus miraculum viſum eſt.

diacalamentū ad quæ ualeat. Electuarium diacalamētum ad drammas duas â prandio, vel cæna ſumptum apud me in praxi uſurpatiſſimum eſt, illud tamē, quod eſt ex deſcriptione Nicolai, quoniam etiam ad omne pectoris, uel capitis uitium ex frigiditate obortum aptiſſimum eſt: frigiditatem item, ac uētriculi dolorē amputat, nec mirū, cùm in eo ingrediantur pulegium; Hyſopus ſiccus, calamentum ſilueſtre, piper nigrum, ſemen anethi, leuiſtici, appij, thimi, cinnamomus, zinziber, & alia id genus ſimilia.

aqua ardentis uis mira. Si etiam uini albi generoſi libræ duæ ſumantur, quibus aqua fortis. (nec pudet barbaro nomine uti, ut res clariùs intelligatur) permixta ſit, in tāta tamen quātitate, ac doſi, ut mitem quandam, placidamue ad guſtum acetoſitatē referat, nec dentes obſtupefaciat, ac de hoc uino untias ſex ſingulo quoq; mane ieiuno ſtomacho per ſeptē uices ęger ebibat à calculo ſoſpes euadet, uerùm admoneo, ne ſummo ſit æger ſenio confectus, quoniam in hu-

huiuſmodi caſu eſſet potiùs præſidium detrimento, quàm utilitati. Cæterùm quôd alijs profuerit, experimẽto apud me cõſtat. Quòd deindè dicta aqua fortis ad multa alia ſit efficax, apud experimentatores eſt in cõfeſſo, nã primò ulcera illa exigua, quæ ſub corona, uel clarius ſub glande penis Gallicum cõtagium conteſtantia aliquãdò apparent, ſi ſola dictæ aquæ fortis gutta attingantur, protinus homo ab ulteriori cõtagione uindicatur, cauſã huius eſſe crederem, quoniam præ ſui ualida caliditate, à partibus internis ad externas attrahit; Et præ ſui forma ſpecifica, & ſumma ſiccitate ſummam putredinem detrudit, cum ſiccitas ſit qualitas humiditati, quę putredinis eſt principium, & mater, Ariſtotele teſtante, contraria. Item aqua forti utuntur multi ad ferri conſumptionem, atq; ad alia permulta molienda, quæ, cum ad prauum finem ſint aliquandò directa, non edoceo.

aqua fortis ulcera gallica ſanat.

humiditas putredinis principium.

Auicennæ conſilio lib. 3. fen. 18. trac. 2. cap. 18., & Gal. in lib. de renum affec. dignot. & curat. antè cibum enemata, præexiſtẽtibus tamen fecibus induratis, nihiloq; prohibẽte, vomitum poſteà à cibo imperaui, & à dolore nefritico, ſeù renali ſoſpites multos reddidi; at non ſolum in huiuſmodi caſibus ſanat, ſed

etiam præſeruat,& ratio eſt,quoniam per vomitum exinanitur humor, & materia ad calculos parara,per expulſionem quodammodo reſcinditur;at quandò de vomitu loquor, de modico intelligo, quoniam immodicus Galeno ſcribente, auditui, viſui, venis pectoris, nocet,vt hac de cauſa plures,quibus ob vomitum immodicum vena pectoris diſ pta fuerat, emortuos vidimus; dentibus etiam, & vniuerſo capiti nocet. Inſuper non omnes ad vomitum ſunt prouocandi, cùm ad vomitum non omnes ſint faciles, ſed ij duntaxat, qui graciles ſunt, amplaq; pectora habent. Ampliús citra calculorum occaſionem,cùm non ſint omnes huic paſſioni ſubditi, vomitus à cibo ſemel,aut bis in mēſe laudat Gal.quinto de vſu partium; Is ēt iſchiadicis potiùs, quàm deiectiones conuenit,vt Galenus.10.de compoſ. medic. ſecundum locos meminit, item poſt cibum in quartana, vt Gal. po. de arte curat. ad Glauc. etiam in tertiana notha, in ſingultu etiam, vt in lib. de remed. paratu facillibus, at non omni ſingultui,ſed ei tantúm, qui ex acribus humoribus vētriculi parietib⁹ adhærentibus dependet,is .n. ſolo vomitu curari poteſt, vti plures ego curaui, quorum hiſtorias in meis cōſultationib⁹ medicis breui,

immoderatus vomit⁹ quæ mala ferat.

vomit⁹ nō omnibus cōceditur

vomitus cui iuuet ſingultui.

vt

vt ſpero, prælo ſubijciendis, recenſebo; Quibus verò adminiculis prouocetur vomitus, omnib⁹ patet; nam vel aqua tepida cũ aceto, vel oximelite, vel ſyruppo acetoſo ſimplici, vel rebus nauſeabũdis, vt animalium cerebro vt Gal. 3. de alimẽtorum facultatibus; ſed eſt notandum, quòd animalis cerebrũ, ſi in principio prandij manducetur à ſimili memoriæ, & intelligentiæ conducit, cerebrũ præſertim pullorum gallinaceorum, perindè ac faciat vſus meliſſæ, vel maſticis, vel muſci; at ſi à prandio vſurpetur, nauſeam parit, & vomitũ. Porró quià de maſtice loquimur liceat hìc à re aliquantulum digredi. Marſilius Ficinus, cuius præclaré geſta Paulus Iouius in elogijs doctorum virorũ pagina octuageſima quarta egregié ſcripſit in quadam ſuo libro de vita ſana inſcripto cap. 7. dum quinque ſtudioſorum hoſtes, nimirum pituitam, melancoliam, coitum immodicũ, ſatietatem, & matutinum ſomnum eſſe autumat; aduerſus pitutiã, quæ imbecillitatis memoriæ cauſa eſt, in cap. 13. eiuſdem libri remedia refert, poſt nucis muſcatæ, fęniculi, pillularũ ex hiera picra Galeni, pil. de rheubarbaro Meſues vſus enumerationem, in ſequenti cap. thus, vt peculiare, & excellentiſſimum remedium laudat, & ſanè,

vomitus quib⁹ adminiculis irritetur.

memoriæ quæ conferant.

quinque ſunt ſtudiorũ hoſtes.

pituita memoriã facit fluxibilem.

eburis vſus ad memoriam roborandā. & ſanè, vt ego proprio experimento comperij eſt remedium ſingulare, & laude dignū, nam catarros, & deſtillationes, dum cohibet, memoriæ ſimul præſto eſt. Meſues ſapiētū illam confectionem anacardinam dictam, ab ira, coitu, ebrietate, labore, rebuſq; calidis ea die cauendo, ad drachmā vnam de ſummo mane prębendam ſuadet, vel zinziber ſaccaro conditū, ſed mihi magis arridet inūctio tēporū ex felle perdicis, vel illinitio faciei ſepo vrſi, vel ambræ, vel aliorū aromatū vſus. Vt aūt illuc, vndè iam longius digreſſi fuimus, redeamus. *vſus aromatū memoria cōducis.*

Vomitus, inquam, moderatus ad renum calculos curandos, & vt anteà dixi pręſeruandos dummodò à cibo, licet interdū matutino t pe ieiuno ventriculo adminiſtretur, eſt remediū ſufficiens; at ego vomitum laudarem potius dicto tempore matutino, quam à cibo, licet ſit facilior à cibo, tamen, quià vberiores, & lōgè peiores ſunt in ventriculo humores in mane, ſatiùs conſulerem, tunc eſſe per vomitum educēdos, idq; duplici via, & ratione, Prima, quià ob ieiunium [. celebratur .n. perfectè omnis ciborum coctio octo horarum ſpatio,] quòd à perfecta coctione incipit, prauis humoribus repletur vētriculus, quo fit, vt talis humorum mala qualitas aquiratur, vt ità Aetio teſte lib. *quot horis perfecta coctio celebretur.*

2.

2.de re medica cap.107.hominis ſola ſaliua totius ſubſtantiæ ratione venenoſis repulibus aduerſetur, nam (inquit ille) abſq; alia incantatione ſola Ieiuni hominis ſaliuia ſcorpionem interemptum noui. Preterea vomitu materia illa in ventriculo meſeraícis, ac hepate viſcida, ac praua foras educitur, quadere mẽbra naturalia magis illuſtrantur. Eſt igitur vomitus à cibo in calculoſis, tum ad præſentem, tum ad futurum affectum remedium ſingulare.

homi vis ciiuni ſaliua repitilia, & ſcorpiões enecat.

Acetum aliquandò tepidum ex vino generoſo acceptum cum ſaccaro ad triũ vntiarum pondus calculoſis propinaui, & paucis interpoſitis horis ſanaui. Eſt enim acetum, vt Galenus 10. methodi affirmat, tenuuium partium, inciſiuum, diſcuſſiuum, ac eroſiuum, vt Galenus 2. attenuante victu ac po. de compoſ. medic. ſecundum locos etiam meminit, ob id iure optimo nefriticũ poterit affectum extirpare. Taceo híc, acetum aliquibus ſitim inferre, alijs cum acqua frigida ſumptũ ſitim ſedare; ſcirris hepatis, & lienis duritieb⁹ cum liquore armeniaco ſuper impoſitum prodeſſe ſanguinis fluxiones cohibere, lethargicis opitulari cum aqua acceptũ ardentibus febribus cõferre, ſtomaco frigido aduerſari, itẽ debilẽ

acetũ tepidum calculoſis cum ſaccaro opportunum.

acetum hepatis, ac lienis duritiea emollit,

roborare (extrinſecùs tñ adhibitum) aluum
acetum alvum cõpeſcit. immodicè fluuidam compeſcere, aſcarides cum pane ieiuno ventriculo ſumptum interficere, aliaque id genus admiranda demoliri, [qualia Galenus mille in millibus ſcripſit,] quæ, ne videar hîc ſimia Galeni, ſilentio ſubterfugio. Hoc tamen vnum de aceto ſecretum

Secretum de aceto ſingulare. non ommittam, quód ſi quis nullo compẽdio aliquid in ſilicẽ, ceù alium lapidem inſcribere velit, hæc præſtet opportet. Cera alba totum ſilicem leniter obliniat, mox quod intendit, inſcribat (cera tamen exactè deraſa, vbi litteræ ſunt, vt nullus ſilex appareat) Expoſt lapidẽ ꝑ ſeptẽ horas in aceto acerrimo mergat, indè eximat, at ſi pluribus horis immerſus ꝑmaneat, citiùs cruſta excidet. Contingit .n. fermè, quòd in humanis corporibus, cùm eſcharatica vocata medicamenta applicantur, ſupplet in aceto vim potentioris medicamẽti mora, & aceti multitudo, cũ mergatur. Ob id .n., quià penetrat lapidem comminui neceſſe

Lapis, ut pugno frangantur. eſt. At ſi lapidẽ pugno facilé infringere velis, lapidem, quem vis in ignem proijce, quouſq; candens apparuerit, expoſt in aceto merge, immerſum poſteà, & extinctum extrahe, pugnoq; percute; in minutiſſimas .n. particulas abibit, quod non paucis non vulgarem admi-

ra-

rationē attulit. Qđ ſi plura de aceto exoptas, Cardanus peracris ingenij, & æternæ memoriæ vir per libros de rerum ſubtilitate ſemper laudandos (extincta tamen ſcáligeris peruicaci, & peſtilenti calumnia) paſſim meminit, nec non in lib. de rerum varietate, & aliūdè. De vſu aceti quaten᷒ medicamēta ingreditur ſatis Meſues, Serapio, & alij; quatenus verò à ſyncope reparat, dolori capitis auxiliatur, apetitum ſuſcitat deperditum, inter vetulas eſt antiquiſſimū; quod autē ad fercula cōdienda, attinet, nō eſt helluo, qui eo non vtatur. Sed de aceto ſatis. *Acetum reparat à ſincope.*

His accedit eiuſdem Cardani ſecretū lib. 8. de rerum varietate cap. 54. à me vnica tantum vice in quodā nefritico grauiter patiente vſu cognitum. Auri .n. lamina extitit, quam ſuper dolentes patientis renes, póſui miroq; confeſtim auxilio fuit. Neq; id eſt mirandum cùm etiā in hiſtorijs medicinalibus conſtare viderimus, ſigilum, in quod Leonis figura inſculpta erat mulierem, ānis iam multis renum calculo laborātem ex toto liberaſſe: Sed cum ex auro eſſet, ac ſuper renes deferret, metalli, an ſigilli vis iuurit, dubium ſanè fuit. Ego autem vt Philoſophus, vi metalli admirandum effectum abſcribendum eſſe reor eq; id à

rationc alienum, quoniam ſi aurū de ſe citrà ſigilli figuram iuuat, non eſt cur figurationi facultas aſcribatur, prҫterquamquod huiuſmodi figuris, ſigillis, verbis, incantationibus nullam vnquam fidemadhibui, immò hortor omnes, & ſuadeo, vt à dictis abſtineant, tanquam a peſte, cum noſtræ Chriſtianҫ relligioni, Ecleſiæq; noſtræ ſemper veræ, ac eternæ aduersētur. Quarè Arnaldi Villanouani liber ille de ſigillis tanquam dira lues fugiatur.

ſigillorum damnatio.

Arnaldi liber de ſigillis damnatur.

Decoctio item facta ex aſparagorū alteҫ, capparis radicibus, adhuc ex ſaxifrigia, betonica, bdelio, per triduum epota non modo in renibus, verùm etiam in veſica lapides cōminuere cōſueuit, perindè ac decoctio radic. luppulorum, qui præter facultatem, quā purgādi ſanguinem habent, aluum etiam emolliunt, hepatis, ac lienis obſtructiones aperiunt, venenis cum vino aduerſantur, ſcabiei, ac cæteris cutaneis morbis proſunt, menſtrua, ac vrinas mouent, capitiſque dolores tandem leuant.

lupuli vī habent purgandi ſanguinē

Non minùs ſingularis eſt Iudaici lapidis præſtantia, quem Dioſc. lib. 5. cap. 112. ſummoperê laudat. namq; in pollinem redactus, & cum tribus aquæ tepidæ ciatis ebibitus, lapides é renibus, & veſica potentiſſimè pellit.

lapis Iudaicus in veſica lapides frangit.

Hoc

Hoc enim remedij genere Iacobum Ripam ſæuo calculi affectu laborantem ſoſpitati citiſſimè reſtituimus.

Longum nimis eſſet, & impeditum opus multiplices, variaſque dotes referre, quibus, Cardui radix in diuerſis caſibus ꝓdeſſe mortalibus ſolet. Dicam ſolum, prædictam radicẽ cum iure elixatam mox ebibitam renũ vitijs optimè opitulari; item pleuritidi adiumento eſſe non vulgari, eadem etiam occaſione, qua aperit, ſubtiliat, mũdificat, calefacit, hydropi tuta eſt medela. *Cardui radix quibus proſit.*

Scordij, & paſtinacæ radix in iure ſimul cocta [me ſuadente] nefritico cuidam oblata fuit, & tribus interpoſitis horis cum ingenti vrinæ copia arenulas multas excernens à dolore fuit leuatus: paſtinacę etiam vſus [idq; eſt valdè mirabile dictu] conceptioni opem fert, & menſtrua ducit. *paſtinaca conceptui iuuat.*

Iſaac lib. 7. ſuæ practicæ cap. 49., Rufus etiam, & Dioſcorides, lapides eos, qui In ſpõgijs reperiuntur ad renum calculos curandos idoneos adeò euulgarũt, vt mihi ter, quaterue quod recorder, ipſorũ vſus anſam præbuerit, vt ità ab eis in occaſionibus deſiſtere minime potuerim. *lapides in ſpongijs inuenti mirabiles.*

Sicuti in hac noſtra Inſubria ob antedictas

cau-

cauſas calculorum affectus eſt frequens, ità multus etiam ad eius præſidium raphani radicis eſt commodus vſus. Quandoquidẽ ſublimata rudix, & ad limpidi liquoris formam redacta ad minuendos in renibus detentos calculos eſt adeò efficax, vt iuremeritò cum ſaxifragia de facultatis præſtantia pugnet. Hęc etiam de ſe ſumpta ad modum obſonij non modò ad idem conducit, verùm etiam alueum mouet vomitum inducit, hydropicis prodeſt, vrinas cit, liuidis adminiculo eſt manifeſto, ſenſus acuit omnes, vlcera corrodentia ſiſtit, cum aceto lienem minuit, aliaq; admiranda magis; Dioſcoride ſcribente lib. 2. ſimpl. cap. 204. emachinatur: licet Galenus in lib. de cibis boni, & mali ſucci inter olerũ radices acrimoniam habentium, & malum ſuccum gignentium eum conumeret. Quin, & lib. 2. de alimentorum facult. cap. 70. eos medicos, & idiotas carpit, qui poſt cœnam coctionis iuuandæ gratia, raphanos, vel vt Hip. lib. 2. de morbis mulierum, radiculas crudas ipſas eſitant: firmantes alioqui rem hanc experientia ſatis ipſis exprobatam eſſe: quum tamen ij, qui ipſos ſunt imitati, omnes oblæſi fuerint. Auicẽna verò lib. 2. ſui canonis cap. de raphano apertis [vt aiunt] litteris Galeni

raphanus deſtilatus ad calculos mirandus eſt.

raphanus cit vrinas.

raphanus mali ſucci eſt.

ſen

ſententiæ ſubſcripſit, dum dixit. Eſt malus ſtomacho, faciens erutare: & poſt cibum vẽtrem lenit, & facit cibum penetrare: & ante cibum facit natare cibum, & non quieſcit, & ob id facilem efficit vomitũ, & præcipuè cortex eius cum oxymelite. Verum quia non licet hoſce medicinæ Anteſignanos, ac Duces diſcordes detinere; accedat Tertius Simeon Sethi inſignis ſcientiæ noſtrę ſcriptor, qui, & litem dirimat, & eos concordes reddat. Eius inquam ſententia eſt, vt ſi ventriculus calidus ſit, & facilè fluat, nec ad gignendum flatum aptus ſit, tunc radiculæ a b Hip. nuper citato loco ſic dictæ in cœnę initio ſunt concedendæ Si verò ventriculus contrario modo ſe habuerit, poſt cænam potius edendę ſunt, ſicq; Galeni Dioſc., & Auicennæ concordia facta eſt. Sed adhuc (iam quòd de raphano eſt pręſens ſermo) axioma illud, quòd raphamus digerit, & non digeritur, aliquibus difficultatem non mediocrem inducere videtur, putantibus digeſtionem eſſe coctionem, ſed hi toto cælo aberrant, licet hoc modo ſint Arabũ Aſſeclæ, qui digeſtionem pro coctione accipiunt, cuius tanti erroris ratio ex Galeuo deſumitur, qui vt coctionem à digeſtione notabiliter diſtinguat, in lib. diffinitionum ſibi aſcripto rem ſic

raphanus malus eſt ſtomaçco facitque erutare.

cõcordia anthorũ de raphani facultate vomitiua.

raphani digeritũ & non digeritum

Arabes digeſtionem pro coctione accipiunt.

digeſtio quid ſit ex Galeno.

aperit. Digeſtio eſt concocti, & confecti alimenti, & in ſanginem conuerſi in corporis particulas omnes attractio, quam natiuus calor demolitur, ſed clariùs lib. 2. de facultatibus natural. quùm digeſtionem, ſiue diſtributionem hanc ab expultrice, & attractrice ſimul, coctionem á concoctrice facultate confici dixerit; Sed Arabes, ob hoc [vt opinor] allucinati ſunt, quòd crediderint, Ariſtotelis doctrina moniri li.4. metheororũ tex. 14. & 2. de anima t. 50. digeſtionem, & concoctionem ab eodẽ fieri naturali calore, nec vlterius ſunt ſpeculati, quaſi veró inter naturales facultates attractricem, retentricem, concoctricem, & expultricem nulla eſſet diſcreptantia, quæ tamen eſt maxima, vt apud Philoſophos oẽs in confeſſo eſt. Rafanus, inquã, vt rem paucis perſtringam digerit, & non digeritur, hoc eſt diſtribuit, & nõ diſtribuitur. Diſtribuit quippe ſua acuitate cortici ſuperiori inherente: non diſtribuitur autem, quia ex ijs eſt cibis, qui ægre admodum, & difficulter coquũtur, diùq; in ſtomacho permanent. Sed ad rem regrediamur. Rafanus igitur raró interprandendum admittatur, niſi neceſſitas vrgeat, ob rationes prædictas, eius tamen vſum ſummoperè laudo, & præſertim in ſtillatitij liquoris

quomodo intelligendum ſit raphanũ digerere, & non digeri.

for-

formam redacti. Immò tanta eſt eius uis in minuendis calculis, vt ſi in dicta aqua aliquis alius lapis ponatur, ſex horarum ſpatio, in cineres omni procul dubio conuertatur. Verùm quæ quærimus de raphano maiora? credamus, eius folia contuſa, & impoſita articulis dolentibus mirificé ſubuenire, capillos ab alopetiæ iniuria vnà cum melle reſiſtere, eius ſuccum aurium grauedinem inſtillatum emendare, à tuſſi vindicare; puerperis lactis vbertatem miniſtrare, fœmellarum mẽſtruis imperare, & venenis tandem aduerſari.

experimẽtum de aqua raphani, vt lapides frãgat.

raphanum hac puerperis adaugei.

Eſt etiam ſine dubitatione verum, & à me nõ ſemel expertum, puluerem ſcorpionis vſti ad pondus duorum ſcrupulorum cum vino tepido ſumptum tantæ facultatis eſſe, vt à renũ calculis breuiſſima temporis intercapedine vindicet; & eſt Auicennæ ſecretum lib. nu per citato Fen. & tract. capit. 19. Porrò de Scorpione inter cœtera hoc notatu dignum non ommittam, tantam eſſe eius cum antedicto raphano antipathyam, vt ſi raphani fruſtum ſuper eum ponatur, ſtatim moriatur, idẽ præſtat eius aqua, quod vtiq; alio exemplo veriori confirmatur, quòd ſi aliquem, qui raphanum eadem die comederit, ſcorpio momorderit, haud ei nocebit. Ex eo etiam paratur

puluis ſcorpionis vſti.

raphani anthipatia cum ſcorpione.

oleum ſcorpionũ quibus cõferat.

oleum,quod eſt magiſtrale,& valdè in vſu, q ægrè mingentibus fęlici cum ſucceſſu adminiſtratur,eoq; ego non ſine inſigni languentium vtilitate ſum uſus,& præſertim in huiuſmodi nefriticis affectibus: Verùm in praxi notandum,ſcorpiones ad medicinæ vſum nõ uenire,niſi prius combuſti fuerint, ut notat. Arnaldus de Villanoua in ſuo ſpeculo introduct. medicin. cap. 22. colum. pri. in fine ad

cur ſint cõburẽdi ſcorpiones priùs q̃ ad uſum ueniant.

litteram B. idq; fit,inquit,ut eius uenenoſitas reſoluatur,& ſanè non in hoc modò, uerũm etiam in plurimis alijs caſibus uerificatur, in quibus ignis uirus omne dornat,& præſertim is,qui cum ferro candente adminiſtratur, ut

ignis vir⁹ omne donat.

ſapientiſſimè Fernelius lib. 2. de abditis rerũ cauſis cap. 19. uerſus finem innuit,& ſanè in noſtra medicina multus eſt ignis uſus, tùm actualis,tùm potentialis,ſed præſertim actualis,cum uideamus multos affectus, qui medi-

duplex ignis.

camentis non modò non obediunt,verùm ẽt. ea ſpernunt,extirpari,ob id benè dicebat Auicenna,quod,quę non ſanant medicamenta, ſanat ferrum,quæ non ſanat ferrũ,ſanat ignis;

Quæ ferrum non ſanat ignis ſanat.

Eſt igitur ignis validum in medicina perfugium,vbi præſertim de virulentia extirpãda agitur, & quòd hoc verum ſit; experimento quotidiano cõperimus, dentes ſi carie fuerint

oblæſi

oblæſi, ſolo candentis ferri tactu ab vlteriore putredine defendi: viperarum, ſcorpionum, canum rabidorum, hominum ieiunorũ, vaccarum rabidarum, & aliorum animalium læthiferos ictus ſubito ignis tactu contemni, corruptam carnem, vt in cancris, ſphacœlis, ac alijs id genus læthalibus morbis, & virore refertis conſumi, ac perfectam in non mortua carne ſequeſtrationem euenire. Item ſi quis venenatus fuerit, vt ſępè, ac ſępius contingere ſolet, virus antequam inualeſcat, altiuſq; in corpus illabatur, viſceraq; occupet, & tangat, multis cucurbitulis vniuerſo corporis ambitui admotis cum plurima flamma coerceri reuelli, & vt ita loquar, abſorberi debet, idq; citò, alioqui exitiali vi, & pernitie, occupatis iam viſceribus, fruſtrà ſuccurritur. In morbis item cõtagioſis quid præſtantius igne? Nam ignis in ſummo calidus, & ſiccus, cùm ad ſe trahat, & ſiccando, & trahendo ſiccat interiora, & putrediñe prohibet, & vt vno verbo dicam, omnibus reſiſtit venenis: nam vulnera aliquo virulento inſtrumento, vt pila illata, ſi cãdenti ferro vrantur, veneni expertia fiũt, & medicamenta quælibet cum vruntur, ac in cinerem rediguntur Cardano teſtante sũmo philoſopho, & medico lib. 2. de rerum ſubtilitate,

dentes carie oblæſi quomodo ſanentur

ignis tactu venenoſorum omnium morſus eſt temnẽ ſic

vira venenati ad miranda

ignis omnibus reſiſtit venenis, & cura.

Peſtis bubonia igne curantur.

litate, venenum eſſe deſinunt. Peſtis etiam Bubonia, quæ omnium truculentiſſima eſt, ſi cādenti ferro exuratur, haud enecat. Cætera etiā venena, priuſquam præcordia occupent, ignis magiſterio exteriùs admoti ſolēt infringi; & quòd hoc veritati conſonum ſit, plures in hiſtorijs legimus toxica mortalia hauſiſſe, & antequam præcordia irriperent, in mulum nuper exenteratū iniectos fuiſſe, vel in balnea calida, vel calidiſſimo oleo ex Myſi, auripigmento, lateris ſucco, gentiana, & ſerpentum tum venenoſorū pinguedine, nec non aconito detracto inūctos, à morte ſuperſtites euaſiſſe, licet alij vomitu violentiſſimo, eoq; citiſſimo, vel antidotis validiſſimis per os ſumptis, vel alijs id genus præſidijs fuerint curati, ſed de venenis abondè aliás, & fuſiſſimè pertractabo in meo quodam libello de ſummis venenis, ſummiſq; eorū appropriatis antidotis inſcripto, libro ſanè cuiq, neceſſario, ſed ad alia.

admiranda antidota ad veneratos.

vomitus veneno ſtrodeſt.

Galeni antidothus ad calculos.

Celeberrima eſt etiam antidot⁹ Galeni in huiuſmodi affectib⁹, cuius talis eſt deſcriptio. R p. dacui, carpobalſami, ſpicę aſari, petroſel. anis, thimi, caſſiæ fiſtulæ, camomil. cinam. ā. pondus æquale, fac puluerem, & cum melle q. ſ. vtatur, pręſertim antè acceſſionem.

Cùm ſapientiſſimos legerem Aetij codices in

in ſermone præſertim vndecimo cap. 11. ad renum, ac veſicæ calculum quoddã remedij genus occurrit ab eo ità laudibus euectum, vt in meis occaſionibus illud adminiſtrare auſus fuerim. Hoc autem iſtum in modum paratur. Leporis pellem in ollã conijce, ac in furnum demitte, atq; vbi vſta fuerit, vt probè conteri poſſit, acceptam tere, ac ex ipſa coclear vnum cum vino albo ieiunis in ſolij aquæ calidæ inſeſſu præbe. Quòd ſi huius experimenti excellentiam, ac maiorem euidentiam exoptas, ex dicto puluere decentem portionem in vinum conijce, itemq; lapidem ex flumine acceptum in iddem vinum inijce, & cõtectũ per paucas horas ſine: nam in grumos lapis diſſoluètur. Eius autem doſis eſt à ℨ. 1. ad 2. Eius etiã pili vſti ad hemorragiam coercendam, tùm ex ſe, tùm cum alijs aſtringentibus, vt potè aloe, thure, galla, & alijs, longiſſima experientia ſunt comprobati. Eius item cerebrum aſſatũ, & manducatum tremori ex ægritudinis ſucceſſione euenienti mirum in modum confert. At quid de eius coagulo dicam? quod tantæ excellentiæ eſſe creditur, vt epilepſiæ citrà omnium expectationem peculiare ſuffragium exiſtat, ſi præſertim cum aceto bibatur, licet hoc idem in diſſoluendo ſanguine, vel lacte

leporis pellis ad quæ conferat.

pili leporis ad hemorragiam.

cerebrũ leporis.

coagulũ leporis.

in ventriculo coagulato pares vires habeat. Iſtud idem cum tyriaca, & aceto venenoſis prodeſt. At eccè maius, & longé mirabilius arcanũ, & eſt, quòd ſi podagrici, vel artritici in ius carnis leporis inſederint à dolore leuãtur, non ſecus ac in ius vulpis. Sed redeamus ad coagulum; eſt inter dicta veriſſimum, eius coagulum bibitum menſtrua cohibere, item cum aceto ebibitum mulierum lac in mãmis coagulatum diſſoluere. Vtiliſſima etiam eſt eius matrix exſiccata, & cum vino ebibita ad conceptum obtinẽdum, ſicuti eius cor ad matricis dolores Galeno teſtante in lib. de medicinis facilè parabilibus ad ſolonem.

Ius carnium leporis podagroſum leuat.

matrix leporis ebibita conceptũ iuuat.

Indubitatum eſt, lumbricos terreſtres in furno exſiccatos, ac in puluerem redactos tãtum roboris obtinere, vt lapides in renibus cũ vino ſumpti dubio procul cõterant. Idq; ego vix crediddiſſem, niſi expertus fuiſſem, ſed ductus Raſis auctoritate lib. 23. contin. t. 3. cap. 2. libentiùs ad experimentum me applicui.

lũbricos exſiccati

Neq; hîc de terreſtribus vermibus ad podagram ſingulare remedium ſubterfugiã, quod eſt huiuſmodi ſumantur de dictis lumbricis vntiæ decẽ, qui de ſe repurgati in vaſe uitreo reponãtur, expoſt ſub fimo equino ſepeliãtur per dies quadraginta; deindè exime, quibus

oleũ lũbricorum quomodo fiat.

exem-

exemptis in oleũ lumbricos cõuerſos uidebis, quod tametſi odorem tulerit infamẽ, ac execrandum, non etiam altera erit podagricos dolores leuandi facultate deſtitutum: Hoc ẽt. iſchiadi miro eſt adiumento, perindé ac ceratum de caranna ex orientali India delata, quod in morbis, ſeu tumoribus, & doloribus à cauſa frigida obortis de medio tollẽdis miraculi hucuſq; uices ab eius cognitione ſubijt. Verùm q̃à in remedia de podagra incidim⁹, ut amicis, & poſteris cõmodius inſeruiamus: duo hîc, uel ad ſummum tria præſidia certa, & experimento à me non ſemel comprobata contrà quorundam mediculorum garritum podagram inſanabilem affectum aſtruentiũ, euulgare non grauabor. Primum itaq; eſt.

ceratũ de caranna iſchiadi confert.

Sumantur octo lacertæ, quibus capita, & caudæ ad digiti unius magnitudinem amputentur, deindè exenterentur, ac cute detracta in oleo roſaceo mergãtur, & in uaſe uitreato, & nouo reponãtur, & per dies quinquaginta in loco aliquo ſubterraneo à ſolis aſpectu prorsùs remoto perſiſtant, quo poſteà ſi á cauſa calida dolentes nodos illinies, maximum languentileuamen afferes; cuius remedij rationẽ non aliam, ut opinor, certiorem adducerem, niſi eam, quam Princeps Auicẽna 11. canon.

ſecretum ad podagram inſigne.

lacertę caro eſt mortifica ns. ſcribit, quià lacertę caro mortificans eſt, eoq; magis uis eius mortificatiua cum oleo roſato debebit augeri. At rem hanc uidetur experimentum illud Tralliani confirmare, qui ad vtramq; frigidam, & càlidam podagram torpedinem nigram uiuã, cùm acceſſerit dolor, *torpedo v na ad podagrã.* pedibus ſubijcere iubet: nam hæc ui ſua ſtupefactiua, & torpida non modo pręſentem tollit dolorem, ſed in futurũ etiam remediat. Tertium ne dicam poſtremũ, (cum alia mihi ſint ſecreta, in meo quodam libro de magicis naturalibus ad podagram inſcripto) eſt ex *Plinij hiſtoria.* Plinij hiſtoria naturali deſumptũ lib. 22. cap. 25. Sex. inquit, Pompeius prætorij viri pater, Hiſpanię citerioris princeps, cùm horreis ſuis uentilandis præſideret, correptus dolore podagræ, merſit in triticum ſéſe ſuper genua: leuatuſq; ſiccatis pedibus mirabilẽ in modum, hoc poſteá remedio uſus eſt. Vis tanta eſt, ut cados plenos ſiccet. De ui tritici humores attrahendi lege Galenũ lib. po. de naturalibus facultatibus. Farina frumenti ex aceto cocta, dolorem ſtatim ſedat impoſita; ſed lenius medicamentum erit adiecto melle non multo; quamquã pauonis Fimus cũ aceto parti dolẽti ſuperimpoſitus idem omnium admiratu emoliatur.

Ci-

Cicadę aridæ, & contritæ, potu inſperſæ calculoſis mirum in modum opitulantur, eòque magis, ſi cum ſpicanardi offerantur, ut itá in mixtura duæ cicadæ, & ſemis, & nardi dragma una, uini albi tepidi untiæ tres ingrediantur. Idq; ex Oribaſio decerpſi, nec non miro experimento comprobaui.

Quid tùm? aqua limonis, & ſaxifragiæ ad balneum mariæ deſtillata lapides in renibus à propria, & ſpecifica forma conterit, licet limonis aqua de ſe non modo id præſtet, ſed etiam lumbricos enecet, mulieresq; detergat, & longè nobiliora demoliatur.

Mira hæc ſunt, & tamen uera, quę de ouorum gallinarũ corticibus, ac de ipſa ouorum ſubſtantia nunc ſcribo, quæ experiri vnuſquiſq; cõmodé poteſt; Ipſorum inq̃ cortices in furno exſiccati, & indè in minutiſſimũ puluerem redacti, in minuendis renum lapillis adeò ſunt præſtantes, vt præſentanei remedij nomen morborũ medicatrix natura ipſis iuremerito impertiuerit. Verùm facultas hæc cæterarum longè ſuperiorum reſpectu exigua eſt, & nullius feré exiſtimationis; cùm notum cuiq; ſit, eorundem putaminum fumum, nec non puluerem per nares attractũ hemorragię ſtatim non vulgari adminiculo eſſe; ſed de

ouorũ putamine ſit ſatis ad præſens inſtitutũ. De interna autem eorum ſubſtãtia, quatenus nutrimentum reſpicit. Auicenna medicorum facilè princeps, oua ſorbilia recentia à gallinis iuuenibus edita, Galli & vſu gaudentibus, tantũ enutrire ſcripſit, quantum ipſa ponderant. Sed præter id boni ea ſucci eſſe, Galenus in lib. de remed. paratu facilibus ſcripſit: humorum ea acrimoniã effrenare lib. de victus rat. in morb. auctis com. 4. multum nutrire, 8. meth. med. victũ plenum efficere com. po. aph. 4. corporibus purgatis tutò exhiberi lib. de præſag. exper. conf. danda eſſe pro cibo in tertiana po. de arte curat, ad Glauc. Si cruda bibantur, ſitim egregiè phibere lib. de ſimpl. med. Si vetuſta, & antiquiſſima ſint, praua, & peſſima eſſe 3. de alim. fac., & 11. de ſimpl. med. fac. Frixa tardè deſcendere, peſſimè nutrire, admixtos cibos corrũpere, peſſimi ſucci eſſe, fumoſos ructus propignere, idẽ Galenus in lib. de ſuccorũ bonitate, & vitio, de diſſol. cont. 3. de alim. facul. po. de locis affectis, & alibi ex profeſſo meminit. Verùm Cardanus præclarus, vir, & inter medicorum primates alter quaſi Galenus, dum de nutritione, & naturalibus facultatibus in libr. po. de ſanit. tuenda ca. 13. pertractat, ouorũ immodicum

vſum

vſum vitam breuiorem efficere tradit, eaquè prçſertim adultis negat. Oua etiã eligi debent recentia, quæ odore dignoſcuntur; etenim ſi nuper nata ſint quid grauius olent, idq; ob ſanguinem, & gallinæ vterum; alio etiã pacto deprehendi poſſunt recẽter orta ab antiquis, quòd recentia, ſi mergantur in aqua, fundum petunt, ſi antiqua, aliqua ex parte ſupernatãt, ob eam partẽ, quæ tempore reſoluta eſt, aere plenam. Refert Cçlius Rodiginus, Babylonios oua fundç impoſita diuturna rotatione excoquere ſolère, ſed celerrima: cuius rationem motum caloris cauſam eſſe ſtatuo. ſolis etiam calido aſpectu, & cõcoqui, & naſci cõſueuère, nec mirùm, cum cæleſtis calor, cur hæc inferiora perfectius fiant, ſit cauſa neceſſaria (ceſſante. n. motu cæli, ſucceſſiuè motus inferiorũ ceſſarẽt), Adhuc in Fimo equino, in furno tepente, ſolent decoqui, etenaſci, vt experimẽtis iam multis noſtro, & præcedenti ſeculo ſçpè factũ eſt. Miraculi etiam genus aliquibus eſſe videtur, quod oua ſub vtroq; ſolſtitio nempè çſtiuo, & hyemali diutiùs ſeruentur, ſed non eſt mirum, quoniam ſummo frigore denſatus cortex, vim aeris craſſari non permittit: ſũmo vero calore qui corruptionis cauſa eſſe ſolet, celeriter exalat ob raritatẽ à calore inductã.

Ouorum cognitio recentiũ ab antiquis.

Summus calor cauſa eſſe ſolet corruptionis.

Sed placeat hìc problema illud declarare, cur à capitibus oua compreſſa non frangantur, à lateribus verò ſtatim. Huius rei ratio duplex eſſe poteſt, altera à lignorum exemplo, quæ tranſuerſim franguntur, non autem recta.. Altera, quæ à poris deducitur etenim rectum, vt rectum non frangitur, ſed prius inflecti oportet: oua igitur à capitibus compreſſa quantò minus fuerint rotunda, non franguntur, quoniam ſecũdum rectum fit compreſſio, rectum autem non frangitur, quià in ſe colligitur, & partes ſibi inuicẽ occurrentes tuentur ſeſe: itaq; vt rectum tantam habeat craſſitudinem, quantam lõgitudinem: longiora tùm facilius franguntur, quià faciliùs flectuntur: initiũ .n. fracturæ flexio eſt: Rurſúm Triplici modo oua ſeruantur. Aeſtate furfure ſeruãtur frigidiore, & ſicciore. Hyeme palea, quæ calida, & ſicca eſt. Item ſale; quod putredinis eſt reſiſtiuum, prẹterquamquod ob vim ſalis exinaniuntur.

oua iur à capitibus compreſſa non frangitur.

rectum vt rectũ non frangitur.

initium fracturæ eſt flexio.

ſal putredini eſt reſiſtiuũ.

At redeamus ad medica præſidia, quæ ſecum oua ducunt. Scripſit Franciſcus Gallina medicus inſignis, & Regius in ſuis annotationibus additis tractatui Baldaſaris Piſanelll de ciborũ natura, ex vitello ouorum oleũ quoddam extrahi, quod cicatrices poſt vulnera re-

oleum vitelli ouorũ ad quid conferat.

relictas tollit, non ſecus atq; viri iuuenis cali- *vis balſa-*
dum ſemen, vel balſamus, aut reſina, quę om- *mi.*
nia, ob analogíam, quam habent inſignem
cum noſtro temperamento, ocyſſimè vniēdo,
omnium admiratione, opitulantur. Rabbi
Moyſes cap. de ouis, ad coitum, maximè cum
cæpis, & rapis plurimum valere, ſicut etiam
ad ignis incendium, quinimmò horum vnū-
quodque etiam de ſe ad ignis vſtionem ap- *tria arca-*
primè conducit, immò hæc ſunt tria regia *na ad ig-*
arcana, quæ tibi ò lector amice nunc pate- *nis vſtio-*
facio. Primum eſt, quod oui vitellum re- *nem.*
cens, tùm de ſe, tùm cum oleo roſato, & adipe
anſerino ad vnguenti formam prohibet, quin
vſtio adaugeatur. Secundum eſt, quod ſi quis *cæpa ſuc-*
re aliqua ignita vtatur, & ſtatim cœpę ſuccū *cus veſic-*
ſuper ponat, ſtatim ſanatur. Tertium, quod *as in incē-*
rapa minutim incita, & membro vſto illicò *prohibent.*
ſuper poſita, & interdùm reiterata, bullam
non modò prohibet, ſed dolorem, & reliquū
ſanat. At quoſdam fatuos, vel mentis parū
compotes audire euideor ſuſurrātes, has eſſe
fabulas, at in mei locum ſola reſpondeat ex-
perientia. Sed ommittamus oua.

Ioſeph Paſtir Germanus vir in armis ſtrenu^9^
ac notus, cum Mediolani certis grauibus ne-
gotijs ageret; ac interdū, vt apud Germanos

mos

mos eſt inueteratus, temulentus fieret, paucis poſt diebus, nc dicam, menſibus nefritico affectu, eoque quàm vehementiſſimo inopinatè correptus fuit; Is Germanicæ linguę occaſione, quam inter cœteras ſatis mediocrem, quamuis emphaſi ardua, obtineo mei valdè amicus, poſt tot à præſtantiſſimis Medicis tentata perfugia, eaq; fato ipſorum aduerſo tunc inualida, mei haud oblitus, sũmo deſiderio flagrans, ad ipſum me accerſire iuſſit, quem, admonitus, & tanti amici calamitatem deplorans, illicò adiui. Statim atque cubiculum ingreſſus ſum, ſuo idiomate, & lingua, quam cęteri medici haud vnquam perceperant, ſuam mihi miſeriam, & medicorũ pręteritorum aduerſam fortunam ob linguæ inertiam aperuit, mox cruciatum, quem perſenſerat, & perſentiebat immanem, locum affectum, ſymptomata ſubſequentia, vomitus, vigilias, corporis agitationem, febrem, aliaq; conſtanti animo mihi ſignificauit. Hæc cum intellexerim ex proprijs inditijs, nefriticum eum eſſe effectum, quem patiebatur, protinus diudicaui, ac ſubitó, præſtita iam ab alijs præcedentibus medicis primarum viarum inanitione per certa enemata, ac alia per os oblata medicamenta, mecum ipse aliquantulum

co-

cogitans ſuper arcanorum meorum ſyluam, obuiam repente venit remedij genus quoddã nobilis,quod ex iudeo didiceram, tutum,& admirabile, quod amico opportunum exiſtimaui. Erat,ſi quis quęrat,aqua ſtilatitio vaſe excepta ex fabarum noſtrarum corticibus, ſucco limonum immaturorum, & fragris, quam Deo,& fortuna fauente,mecum ſic ſub limatam, ac ex iudæo dono acceptam anno iam elapſo ad pondus duarum librarum circiter,domi retinebam, cuius libram mediam ad amicum tribus horis ante cibum bibendã cum modico ſaccari miſi,quam ebibit. Eccè quàm Deo Opt. Max. ſemper debeam [fui .n. hucuſq; tũ in curando,cùm in prędicendo ferè ſemper fœlix] quatuor interpoſitis horis ab eius ſorbitione,matellam petijt,mixitq;& arenarum fermé coclear vnum rubearum cũ vrina exploſit,nec amplius de dolore conqueſtus fuit. O admiranda, ac æternis ſemper laudibus Dei Trini,& vni,creatoris, & ſemp Saluatoris noſtri prouidentia, & pietas infinita commendanda, qui cum mortalium calamitates,ac morborum innumera genera, à longè proſpiceret,totidem præſidia in minimis etiam rebus recondita præparauit, eiſq; elargitus eſt: Hoc .n. vnico præſidio non mo

aqua ex fabarum corticibus ſucco limõum, & fragris.

dò amicum hunc, verùm, & alios permultos ſanitati reſtitui. Quid? Fragræ de ſe ad balneum mariæ deſtillatæ diræ affectioni proſũt Dioſcoride, Piſanello, Durãte, ac alijs cõſentientibus, at non ſolùm nefriticum affectum aptæ ſunt extirpare, ſed, & vitia pectoris emẽdare, ſitim ſedare, ciborumq; vota reuocare, fluxus quoſcunq; præſertim catarrales omnium difficillimos cohibere, commotos dentes firmare, ruborem faciei deturpantem expellere, oculis inflammatis opitulari, tandẽq; vulnera ſanare.

aqua fragrarum ſitim ſedat.

aqua fragrarum rubore faciei depellit.

Singulariſſima eſt auis cauditremula aquarum riuulos depaſcens: hæc ſiquidẽ quoquo pacto concinnata nefriticis omnium admiratu ſemper præſto eſt; cuius rei, & veritatis teſtis, eſt Galeatius Fratrius Mediolanẽſis vir præſtantis ingenij, & optimæ fortunæ, Teſtis eſt etiam Iacobus de Martinis mercator inſignis, qui calculorum renum cauſa à medicis fermè pro deploratis relicti fuère, hocq; ſolo prædij genere curati fuèrunt. Vtrum autem à forma ſpecifica, an á qualitate ipſius manifeſta euenerit, diù fuit agitatum, tandẽ concluſum à forma ſpecifica contigiſſe.

auis caudinemola virtus.

Percelebrè, ac toties expertum illud de hyrcino ſanguine remedium cuiq; ſuadeo, eoq;

hyrcini ſanguinis præparat vires.

eoq; præſertim, quià adamantem lapidem omnium duriſſimum, magiſtra rerum docēte exprientia, emollit, atq; efficit, vt malleo, limæq; obediat, quod quippé verum, & in natura ſummum, mortalium ingenia cōtorquet. Atqui aduertendum, quod hyrcus ſuæ ętatis annum non debet tranſcendere, antequàm mactetur, & mactationis modus ſit iugulatio, primuſq; aut vltimus á iugulatione ſanguis excipi haud debet, ſed duntaxat medius, qui in olla noua vitreata lēto igne exſicatus, vſui ad drammam vnam cum aqua raphani tepida, reſeruetur. At ſi dicti ſanguinis præparationem magis in fronte exoptas: Lege Aetiū Gręcum Galeni aſſeclam in ſermone.x. cap. xij. Atqui iam quòd de hyrcino ſanguine mihi ſermo eſt, quatenus lapides à proprietate perfringit, vti etiam in ſartagine aſſatus, Dioſcoride teſtante lib. 2. cap. 71. fluxum diſenfericum, ac lientericum ſiſtit occaſione hac de nonnullorum aliorum animantum ſāguine ſcribere mihi liceat. Non ommittam id, quod Ieremias Onztir peregregius in re medica ſcriptor Germanus de terręſtris teſtudinis ſanguine commendauit, nimirū ebibitum, immaniſſimo illi, ac planè miſerrimò morbo epileptico opitulari; at longè diuerſā, ac

hyrcinus ſanguis diſenſerium fluxum compeſcit.

ſanguis terreſtris Teſtudinis epilepſia cōſer

ac magis,magiſq; admirandam vim eius caro poſſidet,quòd ſcilicet,ſi à prægnãte aliqua, quæ abortum facere conſueſcat,tùm elixata tum alio quouiſmodò parata mãducetur,fœtum iubet cohiberi, & conceptionis tempus expectari, idq; apud me centeſſimo conſtat experimento,vt verò infantes enaſcãtur omnes ingenio illuſtri,& præclaro, artem in libro de naturæ thæſauris edocebo; nunc ſatis ſit demõſtrare, humanũ ſanguinem exſiccatum antipatya aliundè manantem cruorẽ ſupprimere, fęmininum verò, menſtruum videlicet in lenimenti formam ſteriles mulieres efficere,& præcipuè ſi ex muliere ſit ſeneſcẽte; item canes ad rabiem adducere,arbores frugiferas infœcũdas impoſterũ reddere, aliaq; permulta ſilentio potius digna perpatrare; nonnulla etiam,quanquam pauca ad bonum bonum finem digeſta operari (non .n. venenum vllum à natura eſt conditum, quod vtilitatem etiam aliquam non ferat) nam inunctus dolores podagræ immaniſſimos leuat, morboq; ſacro,non ſecus, ac ruthę hortenſis ſuccus prodeſt. Sanguis etiam palumbi, turturis,vel etiam ſtarnæ illitus occulorum liuiditatem ex ictu aliquo contractam delet. Sed adhùc de humano ſanguine ex Rainaldi Villa-

humanũ ſanguis exticatus.

Effectus ſanguinis mẽſtrui.

venenum nullũ est ſine aliqua vtilitate.

humani ſanguinis proprietates.

Ianouani ſentẽtia in lib. de deſtillatione ſanguinis humani aliquid nunc dicatur. *S*cias primò, ſanguinẽ illum, de quo loquimur eſſe debere iuuenis ſani vigeſimum octauũ ãnum non excedentis, boni habitus. Sed antè deſtillationem expectãda eſt elementorũ inter ſe conſueta ſeparatio, quamuis etiam à ſanguinis detractione ſubita fieri poſſit ſublimatio, quæ pro neruoſis partibus reſtaurãdis erit excellentiſſimum remedium. Nunc autem de elemẽtis à ſanguine ſecretis ſermonem inſtituamus. Aqua ſanguinis, inquit Rainaldus, ægritudinibus tàm calidis, quàm frigidis generaliter prodeſt, eò quòd occultę eſt naturę: partibus ſpiritalibus confert, venenũ à corde propellit: arterias humectat, pulmonis vitia emẽdat, ipſiuſq; vlcera, vt in pthiſicis euenit, ob humorem ſalſum, ſubtilẽ, acrem à capite deſtillantem, mundificat, & conſolidat, quod ab alio præſidij genere nunquam fieri compertum eſt; Fluxus ventris à ſpecifica forma cohibet, pleuritidem curat, ſi ter in mane ieiunè potetur. De igne verò eſt mirabile: quià ad omnia valet, ſicut oleum, ſeu aer, quodq; magis mirari eſt, virentem efficit ſenectam, ac penè mortuum ad vitalia reſtituit, ſi tamen de hoc igne oregmonis hora ad vnius grani

humani ſanguinis proprietates.

Ignis ſanguinis adq; aptum ſit,

pondus vna cum vino calido fiat exhibitio, nam deglutitus ſpiritus omnes recreat, prauoſq; humores ſubitò expellit. Hæc Arnaldus.

Perca piſcis natura, et proprietas.

Quis vnq̃ mortaliũ potuiſſet immaginari piſcẽ q̃ndã nõe Percã, lapidẽ interius cãdidũ, oblungũ, & planũ cõtinere, qui in puluerẽ redactus, lithiaſi laborantibus, hoc eſt nefriticis propinatus ſupra humanã capacitatẽ ꝓdeſſe videtur. Sunt qui hunc lapidẽ à recõdita proprietate ſimpliciter operari cõtẽdũt, ſed vana opinio; etenim duab⁹ ſolũ de cauſis exoriri lapides in animãtib⁹ ſolent: altera q̃dẽ frigore,

Lapides quibus de cauſis in animalibus fiant.

nõ tñ proprio, ſed alieno cõmunicato, vt in limace, cãcris, Buffonib⁹, ſeu rubetis, ac indicis teſtudinib⁹, aliiſq; id gen⁹ animalib⁹, Altera verò calore, vt in pluribus animalib⁹, vt potè bobus, hircis, pullis, vt refert Agricola in capri iecore inuẽtũ lapidẽ, cãdidũ, ſubfuſcũ, & ſuperiore parte, qua arctior ad dextrã extuberat fuſcũ, inferiore, qua latior, cauernoſũ, cæterũ pro loci natura incredibilis magnitudinis: lũgũ vntiã, altum ſeſcuncẽ, latũ digitũ. In Galli-

In Gallinarum ventriculo inueniuntur lapides.

ſenis ventriculo lapidẽ Alectoriũ dictũ pluries inuentum referunt naturalium rimatores, qui collo geſtatus, vt remediũ Amuletũ, Alberto ſcribente, inuictũ, ac ferũ hominem in bello reddit, quod, an verum ſit, hic non diſputo.

Ve-

Verùm quidem eſt, quòd huiuſmodi lapides in animalibus inuenti, preſertim aquatilibus á frigore magis concreſcunt, quàm à calore, idq; pluribus de cauſis, nam & locorũ natura in quibus enaſcuntur, vt potè in aquis, quæ à ſui temperamento frigidæ, & humidæ ſunt, conteſtatur. Deindè illud magis inditio eſt, quòd á frigore magis ſeruantur (ſimilia enim ſimilibus conſeruari ſcripſit Ariſt. mille in locis, Galenus, & alij) & à calore infirmantur, iacturamq; non vulgarem patiũtur. Demùm tactus ipſe argumentum frigiditatis eſt infallibile. At nõ omnes, qui in animalibus lapides caſu generantur à frigore, vt cauſa fiunt, ſed ét vt iam dixi à calore. Qui à cauſa frigida, ij ſolum ſunt qui in locis degunt frigidis, vt in aqua, in terræ ſoueis, ſub zona frigida, & ſimilibus; qui autem à cauſa calidá, ij ſolum eſſe poſſunt, qui in animalibus natura ſua feruidis, bilioſis, celeris motus, alimentis vtentibus calidis, ſub cælo excedente, alijſque id genus non diſſimilibus gignuntur. His ſic ſuppoſitis, qui à frigida cauſa ortum ducunt, hi calculoſis proſunt, qui verò á calida cauſa, illi alijs affectibus iuuant; Non negarem etiam, cæleſtem aliq̃ vim ipſi lapidi eſſe imperticã, quę manifeſtam qualitatem poſſet roborare,

cum Meſues præcepto monitũ ſit in principio ſuorum canonum vniuerſaliũ, vnumquodq; duplici virtute eſſe dotatum, virtute nempe elementari, & cæleſti, quarè vim vtramque annexã cooperari arbitror. Poſſem de horum lapidum natura, & virtutibus multa hìc ſcriptis cõſignare, ſed aliàs, cum non ſit præſentis inſtituti de lapidibus pertractare.

Vnū quod q; duplici virtute eſt dotatum.

Longa etiam fama eſt, geniſtæ ſemen ad dimidiæ drãmæ pondus cum zuccaro roſato ſumptum per inferiora purgare, ſed ſtomaco nocere; præſertim ſi citrà roſarũ, vel maſticis, vel fæniculi, vel dauci, vel aniſorũ puluerem exhibeatur. Dioſcorides verò lib. 4. cap. 159. eius ſemen, ac florem ebibitum cum muſa humores omnes vomitibus purgare ſcribit. Meſues verò in re hac liberalis per vomitum, ac per ventrem materias omnes, præſertim flegmaticas, in inteſtinis potiſſimum infarctas euacuare apertis verbis enuntiauit; ob id etiã renes ab omnibus ſuperfluitatibus mũdificare, vrinas cière, calculos in renibus frangere, veriſimillimum eſt, cum in renibus figi materias calculos gignentes haud permittat. Et fomẽtum ex aqua decoctionis eius factũ omnium admiratione muliebrem fluxum effrenat, & diſenteriam tametſi acerrimam Paulo teſtãte

Geniſtæ ſemen eſt purgans medicamentum.

Geniſtæ ſemẽ calculos in renibus frangit.

Semen geniſtæ diſenteriam curat.

ſanat. Mihi tamen ad renum lapillos aqua ex eius floribus ſtillatitia arte excepta magis arri det, cum experientiæ magis reſpondeat. Quod etiam cum melle ſcrophulas pellat, podagræ aduerſetur frigidæ, genum tumores, & dolores ſedet, apud experimentatores eſt commune.

Geniſta ſcrophulas ſanat.

Therebintinæ Cypriæ, vel Abetis eximias laudes docebo ne? docebo. Vtq; po. ab abetis baccis exordiar, eæ cum vino albo ebibitę nō modò lotia vberrima mouent, verùm etiam lienis obſtructiones, duritiemque depellunt, perindè ac marrubij, vel abſintij, vel capparis in vino decoctio. Abetis verò dimanans liquor, qui therebintina clariùs dicitur pluribꝰ vicibus ſumptus, pthiſicos curat. Gonorreæ, licet antiquę, medetur, renum vlcera conſolidat, ac eorũdem calculos pellit, articulorum affectus frigidos curat; hinc eſt, podagroſos omnes, ſiue iſchiadicos in Cypri Regno, eius vſu ſanari, dũmodó tamen à frigida, tenaciq; causa dicti morbi ortum trahant. Ampliùs in ſtomaci langoribus à cauſa tamen frigida, vt etiã à flatibus, vel ab apoſtemate frigido eius vſus ſanat, idq; mihi pro ſecreto eſt.

baccæ abieſis lienem induratum emolliunt.

terebintina eſt gonorrhea remediũ.

Sed amabo, vt poſteritati acriùs fauiſſe viſus ſim, arcanũ illud à pluribꝰ deſideratum

adamas vt è corpore educatur.

adamas hirci, vel leonis cruore mollis fit.

adamas in puluerem ebibitus maniacis opem fert.

cognitio ſumpti adamantis.

à nemine, quòd ſciam inuentum, de educẽdo é corpore adamante, qui ab improbis quibuſdam hominibus ad mala natis per modum veneni exhibetur, in mediũ prodeat. At prius ſciendum, adamãtem lapidem, eum intelligo, qui ſplẽdidiſſimus omnium eſt lapidum, cunctarumq; rerum dẽſiſſimus, quiq; ſolius hirci, vel leonis cruore, vel plumbi tactu mollis, lineq; obediens efficitur, duplici modo poſſe propinari, vno in pulueris forma n, altero in rudes ſquammulas: qui in pollinem ſubtiliſſimum ebibitur, is dubio procul peſtilentibus, & malignis febribus á ſpecifica forma opitulatur, non ſecus ac dæmone obſeſſis, menteq; captis, nec non fantaſmatum incurſionibus, incuborumq; ac ſuccuborum. Qui verò in ſquammularum formam exhibetur, is fera adeò ſymptomata in corporibus producit, vt iure merito inteſtina, tùm craſſa, tùm gracilia exulcerando, lætaliſſimi veneni nomen promeruerit, neq; mirum, cum & paratæ falces ad vſum agri, Tullio dicente in ſententijs, interdum inſeruiant ad arma latronũ. Adamas igitur hoc ſecundo modo ſumptus, vt perſępè inter inimicos euenit, ventriculi, & inteſtinorum parietib⁹ adhærens eas partes exulcerat, quòd ex eo dignoſces, ſi patiens morſum in-

ven-

ventre perſenſerit, ramentaq; cruenta foras eduxerit; quæ ſi in aliquo iunctim hæc eſſe cõperies, præcedente tamen aliqua inimicitię, vel rei cõſimilis nota, ipſum abſq; dubio adamãtem ſumpſiſſe dijudicabis. Porrò quia res nõ patitur indutias, nulla penitus interpoſita mora ad hoc præſidij genus, quod manum diuinam voco, accedes. Exhibebis .n. vncias tres therebintinæ oriẽtalis cum iure carnium calido per quindecim dies continuos. Nam medicamentum hoc latitantem, & fixũ adamantẽ non modo extrahit, & è corpore pellit, verũ.n etiam partes vlcere affectas perquas tranſit, vnit, & ſanat. Mihiq; in praxi bis feliciter obtigit, & quod veritati magis conſentaneum ſit, á therebintinæ ſorbitione, ſi manantia poſtmodum alui excrementa cribro ſubtili obſeruaueris, aquaue ablueris, adamãtis fulgentia fragmenta tutò comperies, quód erit admirandi effectus tutiſſimum inditium. Cæterũ quod therebintinę vſus melancholiæ hipocondriacæ morborum omnium peſſimæ, miræ ſit vtilitati, experientia, ratio, & probatiſſimorum ſcriptorum authoritas abundè conteſtantur.

Therebintinæ vſus hipocondriacæ melancholiæ prodeſt.

Vulgatum eſt inter medicinæ ſectatores optimates, electuarium illud iuſtinũ dictum,

electuarium iuſtinianum.

ex eo quòd à Iuſtino Imperatore fuerit compoſitum, vel vt alij electuariũ de coſto, tamen amaro, non dulci, vt quidã falsò opinati ſunt, quos iure optimo Simon Ianuẽſis carpit adeó eſſe præclarum in minuendis renum lapillis, vt iuſtò Iuſtini nomine, quià tãto affectui appropriatum eſt, fuerit inſignitum; datur enim ad duarum drãmarum põdus cum zuccharo violato, ſed hoc vnum eſt adnotandum, quòd eius frequens vſus ad mictionem ſanguinis diſponit, quarè ſemel in hebdomada ad ſummum eius vſum conſulo.

De cancrorum veró; ſeu gammarorum candidulis lapidibus, non eſt cur in præſenti verba faciam, cum notum cuiq; perſpectumq; ſatis ſit, eos in puluerem redactos, & ad drammam vnam cùm iure carnium calido hauſtos miram cuique calculoſo vtilitatem attuliſſe, cordis etiam punctiones abſtuliſſe tritum eſt. Verùm ſi cancer, fluuialem intelligo, ſuper carbones per aliquod temporis ſpatium ponatur, poſteà contundatur, & ventriculo calidus apponatur, lumbricos omniũ admiratũ enecat, licet inter mulierculas ſit remedium vſurpatiſſimum tamen verũ, quod vnuſquiſq; experiri commodè poteſt; quòd etiam cancer in furno exſiccatus, & in pollinem redactus den-

cancrorũ. vſtorum puluis co rdis cordis ſanat pũctiones.

cancer vſſus lũbricos necat.

denтes abſtergat, pannum, ac lentigines debeat, vlcera deſiccet, ſcabiem depellat, quartanam prohibeat, omnes fatentur. Hoc etiam vnum de cãcrorum aduſtorum puluere arcanum ſilentio non inuoluam, quòd manantes lachrymas ſiſtat, ac cum ſale oculorum vngulam morbum difficilem reſoluat. Adhuc cancrorũ caudæ, ſuillo ſanguine, purgatis cocleis, rananum carne, & geminibus rubi additis, vnàq; deſtillatis ſimplici tale confectos perfectè ſanant; humidi .n., & modicè frigidi alimenti eſſe tradunt. Dioſ., & Card. lib. 3. de ſan. tuenda cap. 59.

Cancer quartanam prohibet.

Tabidi ſi iuuãt ſecretum.

Ex animo referam, quod mihi in cura cuiuſdam nefritici ad vota contigit. Grauiter is à moleſto hoc affectu excruciabatur, ad quem vocatus, & accerſitus, ab enemate iniecto anodinó aquam ſtillatitiã è folijs herbę Iudaicę, quam virgam auream nonnulli vocant, ad vntias quatuor cum tribus guttis olei vitrioli bibẽdam tradidi, qua ſumpta paulo poſt dormire cæpit, mox à ſomno expergefactus vrinę ſe adeó addixit, vt libram circiter vnam cum arenulis non paucis rubeis emixerit. Porrò cuinam horum ſit potior aſcribenda laus, aquæ, an oleo, quoad me ignoratur, cum ſciam, herbam iudaicam in ciendo lotio, la-

Herba Iudaica eiuſq; vis inſignis.

lapilloſq; renũ infringẽdo vim habere ſingu-
larẽ oleũ item vitrioli ijſdem eſſe facultatibus
præditum, & præter id, quod lotium moueat,
& lapides frangat, ea eſt etiam vi donatum,
oleum vitrioli vermes enecat. vt vermes enecet, immó eo fælici cum euentu
ſæpiſſimè vtor, adhuc peſti, ac malignis febri-
bus aduerſatur, vẽtriculum debilem roborat,
hepatis, ac lienis pandit obſtructiones, aſma-
oleum vitrioli ventriculũ roborat. ticos iuuat paraliſiæ, lethargo, ſcotomiæ, epi-
lepſiæ præſto eſt, canos retardat, dolores gal-
licos placat, multaq; alia miratu digna ema-
chinatur, quæ Ioãnes Baptiſta Zapata in ſuis
ſecretis medicinalibus fuſius ſcribit.

Dubitatione prorſus caret, ciceribus rubeis
vis cicerũ rubeorũ. vim ineſſe plurimam, ſed præſertim in cienda
vrina, renumq; calculis, ſed, vt opinor, renum
calculos pellunt, occaſione, qua aperiunt, &
cicer rubeum mẽſtrua ducit. vrinam expellunt, hac etiam de cauſa eorum
ſecunda decoctio cum roſemarino hydropi-
cis mirum in modum proficua eſt, menſtrua,
fætumque educit, lac in mamillis peocreat,
febres autumnales, & cronicas ex longa ob-
ſtructione partas exturbat, depellitq;.

Omniparens natura, vt neceſſitati noſtræ
perpetuó proſpiceret ex minimis etiam rebus
inſignia quædam, & mirabilia eruit. Quid?
peonia vires. en peonia genere maſculo diſtincta, menſe

Maij

Maij collecta Lunæ incremento calculoſos pro amuleto ſuſpenſa ſubleuat,& ab vlteriori acceſſione vindicat ? En Tabaci folia excalefacta, & dolori nefritico apposita magnum leuamen afferunt ? Idem remedij genus in vterina apnæa præſtantiſſimum eſt,in articulorum doloribus, in pernionum tumoribus, vt potè à cauſa frigida ſingulare perfugium eſt , vt etiam in cancrenis, ac in alijs huiuſmodi morbis, *vires folii orum tabaci.*

Sauinam, nec non meſpilorum nucleos in puluerem redactos, & ad trium drammarum põdus cũ vino tepido hauſtos lithiaſi egregiè opitulari, res eſt cum experientia coniuncta, quamuis etiam horum vnumquodq; diuiſim idem efficere poſſit. De ſauina clarum eſt,ſi in certa doſi exhibeatur,& certo tempore,quòd fætum enecat, menſes educit, lotiũ cruentum mouet, aliaq; id genus plurima conficit. *Meſpilorũ* verò nucleos vim aſtringẽtẽ obtinere, nemo neſcit, ea propter gonorrheæ, lienteriæ, diebeti, diarrehæ, opem fert, quòd autem in renibus calculos conterat, id à proprietate efficit. *ſauina fætum enecat.* *meſpilorum nuclei aſtringentem facultatem habent.*

Eximia eſt laus ouorum formicarũ;Quandoquidẽ ſi mẽſe Auguſti ſoli exſiccãda exponantur,mox in puluerẽ cõuerſa ad ſcrupulorũ *oua formicarum.*

duo-

duorum põdus cum vntijs quatuor aquæ florum biſmaluæ bibantur, infarctos in renibus calculos adeò feliciter pellunt, vt miraculi vices interdum ſubierint, idque non ſemel pro veritate me expertũ eſſe fateor. Flores etiam ſambuci domeſtici ad drammæ vnius quantitatem ſumpti, tùm cum zuccharo roſato, tùm cum iure carnium calido in minuendis renum calculis efficaciſſimi ſunt, & præter hoc ab vlteriori calculorum generatione vindicant tuſſi etiam frigidę in vino cocti iuuant. De ipſius verò folijs hoc intentatum non relinquam, quòd ſi mulier in decoctione foliorum ſambuci ſedeat, à matricis duritie, eiuſq; obſtructionibus, alijſq; prauis diſpoſitionibus liberatur; Adhuc ſambuci folia ambuſtis ſubitò proſunt. Inſuper, hoc enim mirum eſt, eadem folia in puluerem redacta, & per nares attracta hemorragiam compeſcunt. Folia etiam cum ſepo Tauri contuſa immanes podagræ dolores leuant. Vim etiam ipſa exſiccatiuam habere, ipſorumque radicis decoctum hydropicis maximè prodeſſe ſcripſit Aetius lib. po. de re medica. Porrò antequam ſambuci virtutes, quæ innumeræ ſũt, paucis perſtringam, ſecretum liceat euulgare non ingratum; quod eſt huiuſmodi. Si tibi

flores ſābuci.

flores ſābuci conferunt tuſſi frigidę.

folia ſambuci mirò ambuſtis proſunt.

ſi

ſi equus qui, vt ſæpè contingit, in vrinæ diffi- *equus æ-*
cultatem incidat, exoptesque illum ſanare: *grè mingẽs*
Prius ſambuci ramis totum eius corpus leui- *quomodo*
ter verbera, mox eadem folia collo, capiti, & *ſanetur.*
ventri applica, & ſubitò minget, & mira-
beris.

Occurrit nunc ſcribere remedij genus quoddam, quo mihi Iouanni Caratio Nobili Neapolitano medenti accidit. Hic cum acerbis arenularum doloribus à cæna diuexaretur, ac de ſalute non parùm anxius eſſet fælici quodam fato me conuocauit. Venit ad me ſeruus, quem optimè dignoſcebam, meque de ipſius heri ſtatu miſerando certiorem facit, ragatque, vt Dei amore Domini Iouannis domum adeam. Ego ſtatim, vt tanto amico, & Domino morem gererem, quamuis ad hæc ſcribenda eſſem intentus, ſeruos moneo, & ad amici domum accedo, Ingredior, à limine amicum ſaluto, rogoque, vt id quod ipſi nouum eſt, ore promat. Doloribus (inquit) ad inguina correſpondentibus à rene dextro incipientibus vehementiſſimè affligor. Vrinamque mingo liuidam. Hæc ipſe intelligens, Nefriticum hunc affectum eſſe ſtatim iudicaui. Atque ità, vt apud adſtantes ſummus medicus, & ſenex viderer,

ta-

tametſi iuuenis (non.n. ſex ſupra viginti ãnos excedebam) remediũ parare præſentaneum excogitaui, quo omnes in maximam admirationem traherentur. Quamobrem barbitonſorem vnà cum cucurbita magna accedere, vmbilicoq; ipſam cum multa flamma applicare iubeo, quo facto illicò dolor euolauit. Aſtãtes, vt inquit Virgil., admirati, cõticuère omnes, intentique ora tenebant, neſcientes quid dicerent, ſed in me omnes oculos conuertebant tantum effectũ admirantes. Tamen erat Galeni inuentum lib. 2. de arte curatiua ad Glauconẽ capit. 6. & 12. Methodi vltimo at eo non tendebat mea intentio medẽdi, ſed dumtaxat, vt diro ſimptomati vires lancinãti pro interim ſuccurrerem; in cuius rei teſtimonium quandam antidotũ à Iuliano Pimẽtalo acceptum ipſi obtuli, ex quo ſanus factus fuit, habebat.n. ſic. Recipe duas lauri baccas decorticatas, piperis petroſelini añ. drammam

Cucurbita magna ad dolores videtur incãtamenti genus.

vnam excipe melle. Eſt.n. mirabile. Cucurbitam magnã cum multa flamma applicitam vmbilico, ex eo quod dolores ſtatim leuat, Galenus incantamenti genus vocat, licet ſit cum ratione perfugium. Sed hoc eſt aduertendum, in intenſiſſimis doloribus ventris dũmodo à cauſa frigida ortũ habeant, optimum

eſſe

eſſe ſubſidium, quoniam ignis præ ſua caliditate ſubiacentes partes calefacit, flatuſq; ſi adſint, diſcutit, ac in nihilum redigit, per vmbilicū, qui poroſus eſt. Quòd ſi cauſa in vĕtre calida tormina producens extiterit, tunc ſanguinis miſſione vtendum, non cucurbita, quā per admotionem cucurbitæ cum multa flāma accenderetur magis humor, & ad locum traheretur, ſicq; apoſtematis ea in parte læthalis periculum impenderet. Ampliùs in vteri diſlocatione apprimè cōmoda eſt vmbilico cum multa flamma appoſita cucurbita; nam ad proprium locum vterum redigit. *Vſus cucurbitæ ad vmbilicū quando prohibendus.* *Cucurbita cum multa flamma di ſlocationi vteri pro ficua eſt.*

Buffonis, ſeu Rubetę, Botracis, vel Botti, quomodocumque dixeris, virtutes præclaras hîc, quià nimis longum eſſet, non cōmemoro, dicam ſolùm, ipſum per mediam ventris partem diſciſum, atq; exenteratum, ſiccatumuè, ac renibus hidropici per partem humeralem appoſitum, trium ad ſummum horarū ſpatio, vrinas adeò ciére, vt ſi caſu aliquo non remoueatur, ad ſanguinis mictum ægrum deducat: Quòd etiam in nefriticis duobus fæliciſſimo cum euentu factum vidi. Illud veró magis mirandum eſt, quòd ſi buffonem ſiccum collo appendat mulier, quæ menſtruum fluxum immodicum curatu difficilem patiatur duorum *Rubetæ vſus in ſanādis hydropicis.* *bufo collo appenſus man ſtrua ſiſtit.*

dic-

dierum interuallo ſanatur. Porró autem in eius capite lapidem ſubalbidum reperiri retulit Santis Ardoynus lib. po. de venenis ex authoritate Alberti in ſuo de mineralibus libro ſecundo tractat. ſecundo cap. de lapide nuſæ, ideſt botracis, qui ſi præſente aliquo veneno in manu, vel in annulo, vt ità carnem attingat, detineatur, manum videatur adurere; quod vt veritati conſonum apud Dioniſium Mileſum in ſuis Perſarum hiſtorijs ſcripum obſeruaui, vbi cuiuſdam Perſarum Regis exemplum adducit, qui cum in anulo huiuſmodi lapidem geſtaſſet, ac de eo non ſemel periculum feciſſet, oblato ſibi in menſa veneno, fraudem cognouit, ex qua multorum regulorum clades oborta eſt, & herclè ſi vera eſt, vt opinor, Hiſtoria, res eſt diuina, & magnatibus valdè digna. Cæterúm ex buffone per combuſtionem iu cinerem conuerſo, cum ità relinquitur, nouos alios ex ſe regenerari, vt fubuloſum exiſtimo, cúm deſit agens tranſmutans.

lapis buffonis venenis reſiſtit.

hiſtoria de cognito per buffonis lapidem veneno.

Lac commodiſſimum naturæ, morbis vtiliſſimum à ſummo rerum conditore inuentum in nefritico præſertim affectu mirum eſt, cùm ſciamus, nefriticũ in lactis balneo repoſitum exiguo temporis tractu, à dolore, & à calculis ab-

balneum lactis.

abſolui, tùm quià anodinum eſt remedium, Galeno vt placuit; hoc eſt doloris ſedatiuum, tum quià calore extraneo, & ab igne aquiſito aperitiuum eſt. Calidi.n. dilatare, e cõtra frigidi condenſare proprium eſſe docuit Ariſtoteles mille in locis. Anodinum igitur eſt lac, & ratione aquiſititij caloris aperitiuũ; eſt etiam ratione ſeri abſterſiuũ: inditio eſt eius frequẽtiſſimus vſus in recentibus renũ vlceribus, nec non veſicæ vitijs, in quibus cæteris præſidijs antecellit. Sed in renũ vlceribus, ſatiùs cõſulo ſero lactis caprini vti vnà cũ iulebbe capillorũ veneris, vel puluere liquiritiæ, eſt.n. ſeri vehiculũ ad renes; At in eo calybs ter, quaterue extinguatur, ſed cauẽda eſt prima calybis extinctio, cũ ipſius prima principia, q̃ sũt argẽtũ viuũ, & ſulfur, medicamẽta admodũ ſolutiua, in prima extinctione relinquãtur, atq; ità cõtrarij effectus eſſet cã, q̃ res, licet maximi momẽti, à paucis hodiè cõſideratur, tñ veriſſima eſt, hac ẽt de cauſa plures vidimus non ſolũ vlceribus renum, ſed & alui fluore immodico, vel alijs hũdi fluxionibus affectos, quos medici nõnulli maioris famę calybis vſu ſanare putarũt, & ad grauiora pericula duxèrunt. Multa de lacte hoc in loco, ac ſero poſsẽ ſcribere, quæ cũ ab alijs authoribus excipi cõmodius poſſint, non

calidi eſt proprium dilatare.

lactis vſus in renum vlceribus.

calybis prima extinctio cur cauẽda.

medicorũ error in abuſu calybis.

G re-

Scita delectantur lacte.

Hiſpani aqua.

Itali vino.

Germani ceruitia gaudent.

Romani lacte vtebãtur ad purgãda corpora.

refero. Dicam tantummodò, Scitarum eſſe morẽ, quòd lacte delectãtur, vt Hiſpani aqua, Galli, ac Itali vino, ob id Italia Oenotria dicta fuit ob vinorum delectationẽ, Germani vino, & Ceruitia gaudent. Lac item menſe Maij ebibitum ſolutiuum eſt, quo tempore ad purganda corpora eo Romani vtebantur, quòd capitis dolores intenſiſſimos ſedet, quòd puſtulas gingiuarum maturet, quòd diſenteriæ proſit, quòd vermes clyſteri impoſitum é corpore ducat, quód inflammationes mitiget, res eſt cum experiẽtia quotidiana cõformiſſimũ.

Arboris ſaſſafras vires.

Aperiam cõmodè, ꝙ mihi in caſu Ioannis Frãciſci Qualleotti Lanifici lithaſi laborãtis euenit. Is cũ plura, ac varia calculis, vt credo opportuna remedia ab excellẽtibus medicis penſitata, atq; adhibita non ſine euidẽti vitæ diſpendio, ac periculo expertus eſſet, à quibus cum leuari nulla ratione potuiſſet, affinibus, vt mos eſt, conſulentibus, medicos innouare decreuit. Ego leui quadam fortunæ aura permotus, conuocatus ſum. Accerſiui, cuncta notaui, at inter cætera morbi naturam. His omnibus exactè perſpectis, mecum ipſe aliquãtulum cogitans, quodnam præſidij genus eſſet opportunius: occurrit animo radix arboris dictæ Saſſafras, qua fauſtè altera vice me in-

in ſimili caſu vſum fuiſſe recordabar. Tādem eius decoctionem factam cum vntia media raſurę dictę radicis, & libris ſex aquę fontanę ad medietatis conſumptionem, per nouē dies continuos matutino tempore, in prandio, in cæna, loco vini idſi propinaui, & antè tertium diem non ſine omnium admiratione plurima mingens arenulas, ſoſpes, omninò euaſit. Huius, inquam, radicis decoctio hidropicos curat, mulieres ad conceptum diſponit, menſium ſuppreſſioni medetur, in ſtomaci, capitis, pectoris aduerſis diſpoſitionibus, dummodo à frigida cauſa dependeant, potentiſſimo eſt adiumento; melancoliæ hipocondriacæ, podagræ, artritidi ſuffragatur. *Saſſafras hydropicos curat.*

Sunt in vulpe plurima naturæ arcana recondita, ſed præſertim in eius ſanguine, quādoquidem ſi eius cruor adhuc tepens per elābicum deſtilletur, ac nefritico ad vntias tres aqua, quæ oritur, exhibeatur, eadē hora minget arenulas, & ſanus euadet. Vulpis ēt in oleo cōmuni decocta iuncturarū doloribus, ac tumorib⁹ mirū in modū ſubuenit. Adhuc vulpis adeps cum oleo ſiſamino liquefactus aurium, dētiūq; medetur doloribus, quaq̃ adeps de ſe inſtillatus idem præſtet; qm̄ vero eius pulmo, qui in officinis p̄paratus reperitur, aſtmaticis *cruor vulpis deſtillatus.* *vulpis adeps.* *pulmo vulpis præparatus.*

teſticulus vulpis ad coitum.

vulpis pellis in tetano, & ſpaſmo.

acutæ ſpinæ vires.

equorum tuſſim ſanant fructus ſpinæ albæ.

cōferat, res eſt iam vulgaris. Quòd etiāpu lui teſticulorum vulpis in potu ſumptus cum iure carniū calido coitū adaugeat, luxurioſi fatent. Demū ſpaſmo, & thetano acutiſſimis morbis eius pellē poſteriorib⁹ capitis, & colli partib⁹ inuolutā auxiliari, arcanū eſt ſingulariſſimū.

Nunc quāta ex arbore oxiacāta, ſeu acuta ſpina ſequātur cōmoda intellige. Primū fructuū, q̃ rubei ſūt, interni nuclei in puluerē redacti non mō inteſtinorū ebibiti cū poſca fluorē coercēt, verū ēt mēſiū, alborū fluxū cōpeſcūt. Eodē ēt modo ebibiti calculos in renib⁹ feros dolores afferātes extrudunt. Eius ēt folia vētri ſup impoſita ad modū emplaſtri, mulieres ad abortū ducūt. Pręter has proprietates, quibus arbor hæc eſt dotata, alia ēt illuſtri non caret, & eſt, quòd equorū tuſſim, penes vulgum inſanabilem morbum, mira quadā ſui proprietate ſanat hoc pacto, ſumantur vntiæ ſex pulueris fructuū huius acutæ ſpinæ, quæ libris ſex furfuris tritici miſceantur, poſteà tuſſienti equo cum aqua melle permixa offerātur hocq; per decem dies continuos, & ſanitati priſtinæ reſtituetur, hocq; certiſſimum eſt experimētum, paucis, quod ſciam, cōceſſum. Nollem tamen derideri, quod ad beſtiarum affectus aliquid edoceam, quoniam medicus ad omnia natus

eſſe

eſſe debet, nec me pudet de ſingulis ſingula quærere, pudet me aliquando neſcire, cum indocto homine nil ſit peius, omniſque ignorans philoſopho magiſtro 3. ethic. ſit ſemper peſſimus.

omnis ignorans peſſimus.

Eſt gummi ceraſi dos eximia, quòd cum vino ebibitum calculos renũ depellit, pectoris emẽdat vitia, deiectumq; apetitum inſtaurat, aſperas lenit arterias. pallorem è facie tollit, viſum acuit, in aceto diſſolutum puerorum lichenis opem fert.

gummi ceraſi vires.

Lucij piſcis pellis exſiccata ad drammam vnã cum aqua ſisẽbrionis ebibita eſt adeò in pellendis renum calculis efficax, vt aliquibus prꝑcantationis ſuſpitionem intulerit, tametſi naturale ſit remedium, & omni exceptione maius. Fel etiam lucij pedũ callis impoſitum iuuat, perindè ac menſtruus ſanguis.

fel lucij callis pedũ iuuat.

Dùm hæc ſcriberem, occurrit mihi curandus nefriticus, cui arenulas, quas mecum retinebam, ab alio nefritico, vi medicamẽtorum depulſas in pulueris formam obtuli, vnà cum vino albo tepido, & ſanus factus eſt; qua verò ratione id fecerit, á proprietate exiſtimo.

arenula nefritici facultas.

Oleum ſcorpionis renum regioni illinitũ; tepidum vi ſua calculos minuere, viaſq; vritides dilatare, & ad exitum eos perducere, res eſt

lippis vſq; , & tonſoribus cognita. Sed quid ego nunc trita memoro? Inuſitati aliquid explodatur. Cingulum, vt ſcias, pellis lupi, quæ circà renes ſita eſt, nefritico circumligatũ tãtà celeritate ſuum producit effectum, vt diuini auxilij ſpecimen referat. Cucurbita etiam cum multa flamma citrà ſcarificationem non procul à rene dolente affixa inferius dolorem ſtatim leuat.

Cingulum pellis lupi

Semina ceraſorum ab oſſiculis detracta ad libras duas, alchechengi ad gran. nu. 40. radices gentianæ ad vntiam ſemis omnia in vaſe vitreo ſtillatitio repoſita lēto igne ſublimata, & ad vntiã ſemis cum iure calido ſumpta renum atterunt lapillos, cruciatuſque de medio tollunt.

Eſt etiam ſine dubitatione verum, radices feniculi, reſtę bouis, flores roſis marini, baccas lauri, iuniperi ſing. ʒ. 1. ſem. geniſtæ, anis ſing. ʒ. 1. nucis miriſticæ ʒ. 1. zuccari fini ʒ. ij. in puluerem ſubtiliſſimum reductas, & ad vnius ſcrupuli quantitatem ſumptas cum decoctione cicerum rubeorum calida ad omnem incolumitatem nefriticos deduxiſſe.

Puluis mirabilis ad nefriticos

Porrò autem centipedibus animalibus in cellis potiſſimum vinarijs degentibus plures etiam natura virtutes ad mortalium commodum

dum prouida, & ſagax impertiuit: etenim animalia hæc lotij difficultatem egregiè ſoluunt, ſimulatq; lapillos renum infringunt, & pręcipuè ſi cum vino albo tepido in puluerem redacta bibantur. At longè nobiliori alia virtute ſunt prædita, videlicet, aſtmaticis iuuādi, & ſanè nō eſt iſto ſecretū admirabilius in tota natura, nihilq; ſcitu deſideratum magis, præcipuè cúm non ſit cuiq; medico datum aſtma curare, tametſi, vt anteà dixi, pulmone vulpis pręparato nōnnlli, ſed ꝑ pauci fuerint ſanati. Verùm Grillus, quē Iſidorus à vocis ſono nōn habere ſcribit, retrò ambulans cācrorū more, noctibus ſtridens, de virtutibus cum dictis cētipedibꝰ dimicare videtur, qñdoquidē, Plinio referente lib. 30. ſtrumis cum terra ſua effoſus illinitus mirādū in modū medetur. Aduerſus ēt calculoſos efficaciſſimus eſſe creditur. Haly ēt lib. regalis diſpoſitionis, Grillū collo ſuſpēſum quartanā patiēti ꝓdeſſe autumat. Adhuc grilli cremati puluerem ad cicatricem vlcera perducere hiſce oculis ſæpiùs vidimus.

cētipedes lotij ſoluunt difficultatē.

cētipedes aſtmaticos curāt.

Grilli vires.

Grillus collo ſuſpēſus quartanā curat.

Inter maiora naturæ miracula, hoc ēt reponēdum arbitror, ꝙ Leporis, ſeu Aſini renes exſiccati, & ad pulueris formā deducti pręſentaneo ſūt nefriticis adiumēto. Qua verò ratiōe id cōtigat: à ſimpathia cogito: nā in corporibꝰ

Leporis renes.

quibus modis remedia operentur in noſtris corporib⁹.

noſtris triplici modo operari ſolum medicamēta exiſtimo:tùm per qualitates manifeſtas vt per caliditatē, frigiditatem, humiditatē, & ſiccitatē: tùm per ſpecificas formas,ſeu occultas proprietates, vt pharmaca,lapides,aliaq; eius generis multa: Demûm per ſympathiā, At valeat, & quartum modum iniungere,ſcilicet per anthipathiā.Per ſympathiam,hoc eſt per rerū inter ſe affinitatē, ceù ſimilitudinem omnium admiratu operari quotidiè medicamēta cernimus: etenim primò vulpis,ſeù aſini pulmone aſtmaticos iuuari,quorumvitium in pulmone exiſtit,docet magiſtra mundi experientia. Apud etiam aromatarios lupi iecur, vel hepar dicamus, paratum cernimus, vt hidropi omniū infeliciſſimo affectui, cuius morbi radix eſt hepar refrigeratum, ſuffragetur; Vulpis etiam,vel capræ lien nuper extinctæ ſupra tumeſcentis lienis regionē appoſitus, ſeruato adhuc natiuo calore duorū, vel ad ſummum trium dierum ſpatio ſuum admirādum producit effectum. Humani etiam cranei os, eo tamenviuo exiſtente,cui os detractum eſt, epilepſiæ morbo miſerando, cum vino ſumptum ad drāmæ vnius pōdus aduerſatur. Sed poſtq̄ in ſermonem de epilepſia,ſeu comitiali morbo incidimus, à re digredi aliquantulum

radix hidropis eſt hepar refrigeratum.

Cranei humani os ephilepticos curat.

mi-

mihi liceat. Nam ſciendum, morbũ comitialem, ſi à naturæ primordijs vnà cum genitura deuehatur, inſanabilem eſſe, quinimmmò hereditarium omnem morbũ incurabilem eſſe firmiter credendum eſt. Si verò homini iam genito ex aliqua dira cauſa, vt potè veneno intus oborto, vt voluit Fernelius lib. 2. de abditis rerum cauſis cap. 11. ſuperuenerit, perindè ac vteri ſtrangulatus ex putri ſemine ortus, curationem admittit, & hic eſt, de quo loquor & ad quẽ humani cranei os cõfert. Sunt mihi alia magis mira, quibus epilepticos omnes, dummodo non ſint hęreditarij, ſanare ſoleo, quæ in meo libro de venenorum, & venenatorum cognitione typis cudendo ſcripſi.

epileſia à natura eſt inſanabilis.

epilepſia eſt à veneno intus oborto.

vteri ſtrangulatus ſit ex ſtrati ſemine.

Sed ad rem reuertor. Humani inquã cranei os in epilepticis, ſed dumtaxat maſculis iuuat, ſicuti fęminei fęminis. Gallorum ſtrutiõnũ, ac luporum vẽtriculi ſtomaci imbecillitati mirè conducunt, ſi vino albo auſtero prius abluantur, mox ſiccentur, demùm in puluerẽ redacti ad vnius drammæ quãtitatem cum vitij s tribus aquæ meliſſæ ſingulo quoq; mane ieiuno ventriculo potentur. Vterus etiam capræ, nec non leporis non mõ ad vteri paſſiones, verùm etiam quod magis mirari eſt, ad obtinendam prolem ſufficit. Fatuis, ac mẽte captis Gallinæ

Gallorũ, & Strutionum vẽtriculi, quibus cõferãt.

Vterus capræ, vel leporis.

Fa-

Faſiani, Galli, canis, cerebrũ arte medica ſtupente ſubuenit, non ſecus atq; helleborus, qui dementes ſanat, ſanoſq; dementes facit. Griſolitus ẽt lapis non leuis momenti deme͂tes ſanare ſcripſit Cardanus in lib. de admirandis curationib⁹, vt vt tñ ſit, non ſũ expertus. Illud quidem verũ eſt, electuariũ de ge͂mis addito muſco vnà cum hyrũdinũ applicatione venis hemoroidalibus pſtãtiſſimũ eſſe auxiliũ, cuius non ſemel ſanãdo me periculũ feciſſe fateor. Lupi inteſtini cingulũ colicis doloribus vexatũ cinge͂do ſæpius liberauit. Pellis pedũ poſteriorũ leonis in modũ calcei efformata, ſi dextri pedis ſit, dextũ popagroſi pede͂ ſi ſiniſtri, leuũ, incredibili oĩũ expectatione, ſanat: pter id, eſt ẽt experie͂tia cõfirmatũ, eum, qui cæcas, intuſq; latentes habeat hemorroides, ſi ſuprà leonis pellem ſederit, protinus eas forinſecus emittere. Lucij ẽt piſcis oculi in puluere͂ redacti lippitudine͂ cõtagioſũ affectũ deſtruũt. Mucore͂ referũt ſuſpe͂ſorũ ipſorũq; pinguedinem, humanũq; ſanguine͂ citrà morbũ detractũ ſimul mixtũ vulnera in diſtãti ſanare, ꝙ ide͂ de vitriolo referunt, quę quãtum à veritate, & ab eccleſia diſtent, vnuſquiſq; fatetur, nam primo philoſophicis, ac naturalibus principijs repugnat, dari actione͂ in diſtans, cum agens teſte Ari-

Griſolit⁹ lapis deme͂tes curat.

electuarium de gemmis.

Pellis pedum Leonis.

damnatio eorũ qui linamentis mede͂tur.

Ariſtotele,ita, vt agat, neceſſario debeat eſſe approximatum paſſo. Præterea dato, quòd id fieri deberet per medium. Clarum eſt, huiſmodi mediũ aliud eſſe nõ poſſe quàm aerem. Si ergo eſt aer, peto ego, quodnam erit iſtud agens mouens, & alterans tantam aeris quãtitatem, quæ extat inter vulneratũ, & linteum ſanguine conſperſũ: volunt .n. ad viginti vſq; miliaria remedij vim poſſe tranſire, quod eſt abſurdiſſimum. Quod ſi fortè argumẽto ſympathię ſuam pertinatiã ſaluare nituntur, mihi obſecro, dicant, cur cauſæ ſit, vt oẽs non ſanẽtur. Sed quid ego nunc tempus contero. Concludamus, naturaliter hæc fieri haud poſſe, ac proptereà pactum ſubeſſe Dęmonis. Quamobrem admonitos omnes volo, ne admirandi, ſed mẽdàcis effectus lepore alliciamini, alioquin Tantali, mihi credite, pænas dabitis.

Sed ad propoſitum noſtrũ. Cor leonis melancoliæ, qua homini nil deterius contingere põt, nam vt inquit Sapiens, ſpiritus triſtis exſiccat oſſa, aduerſatur. Pili etiam canis rabidi eiuſdẽ morſibns opitulatur, non ſecus ac aquę ferrariorum potus, vtque rem ingenuè fatear, eorum valdé miſereor, qui á rabido cane ſunt vulnerati, dum eos quadraginta poſt diebus, anno interdum integro, in aquæ metũ lapſos *Spiritus triſtis exſiccat oſſa.* *rabidoſi ſymptoma qua.*

vi-

video Siti, quid grauius? maximè vexãtur,& tamen aquas videntes procul aufugiunt, & tamen ſi in aquam inijciãtur, vt inuité bibant, ſanantur; O deplorãdam humanam calamitatem. Rursùm hirci veratrum in puluerẽ sũptum ad libidinem cõcitandã aptiſſimum eſt.

cor ſimiæ quid iuuet.

Cor ſimiæ immodicæ, ac inordinatæ cordis pulſationi auxiliatur. Arietis ventriculus ouiũ plerisq; morbis iuuat. Humanum ſperma, ſeu ſemẽ in delendis ex toto cicatricib' à vulnere relictis vnicũ eſt. Aſini pinguedo variolarum ſtigmata replet. Dentes ſuperiores canis in modum ſuffumigij dẽtiũ cruciatus mitigant. Hominis manus, qui mulieris à partu ſecondinã ægré mittentis, concubitu gauiſus fuerit

vt ſecundina emittatur.

ſi vterum tangat, ſecõdinam protinus expelli cogit. Oſſium mortuorum extremitates concrematæ, ac cum puluere iuæ, & therebintina permixtæ, ac in bolis ſumptæ artritidi, neruorumq; imbecillitatibus diuinitus opitulantur.

neruorũ imbecillitas quib' ſanetur.

Sed adnotandũ, oſſa eſſe debere defuncti, qui iuuenis antê obitum, & robuſtus fuerit, quiue articularem morbum, vel podagram, vel ſciaticam, vel neruorum debilitatem perpeſſus non fuerit, alioqui, remedium eſſet impotens.

matrix vt ad propriũ locũ trahatur.

Heraclius lapis vmbilico impoſitus vterum ad ſuum locum trahit, quod idẽ muſcus, am-

bra

bra,& tandem optimi odores eidem loco applicitı faciunt. Homo ab equi anhelitu, Cardano teſtante lib. po. de rerum varietate cap. po. à peſte præſeruatur, à catulo ſuper ventriculum contento cōcoctione iuuatur. Marſi,& Pſili ſerpētes illæſi tractāt, perindè ac ſi ſucco raphani perunctas manus ſemper habeant. Homo patienti homini commiſeretur. Vlcera vnius ſolo ſpiritu alterius curata ſæpius vidimus. Adamas, vt anteà dixi, Hirci, vel Leonis ſāguine tactus mollis euadit. Electrum pilos, & ſurculos indiſtinctè ad ſe allicit, & Adamas carbones, feſtucas, ac alia eiuſmodi leuia trahit, ſi panno affricentur. Taurus, Leo, equus, alięq; furētes belluę ficu alligatę illicò māſueſcunt. Cucumis, atq; cucurbita adeò limphas amant, vt ſubiecto vaſe aqua pleno ad palmi diſtantiā vnius noctis ſpatio, nullo impellēte, ipſam innatare videas. Eſt ēt inter admirādos ſimpathię effectus veriſſimū, hōis ſuſpenſi, ſed iuuenis pinguedinē iſchiadi à materia catarrali frigida exortæ dolēti parti fortiter affricatā ſtatim opitulari, non ſecus ac canis rubei piguedinē. Tinca, magiſtra docēte expiētia, ſuprà icterici vmbilicū poſita, p.^ma^, ac ſ.^da^ iam ſup eūdē ūbilicū vnā poſt aliā emortua, atque detracta incredibili hōū admir.^ne^ flauū tertia

ſerpētes, vt toto manibus tractātur.

Adamas carbones et propriè trahit.

trahendo humorem ab eo turpiſſimo affectu non vnum vindicauit. Rubea tinctorũ in dextra manu cõtẽta per horæ ſpatiũ vrinas adeò tingit, vt etiam ad ſanguinis mictum adducat. Quid? piſces ex putri oligine orti ſole concurrente, vt cauſa efficiente formam inducente; ſi ab aqua hauriantur, indè moriãtur, mox eodem ſole in ſigno Leonis exiſtẽte in eãdẽmet aq̃ de nouo proijciantur, iterum renaſcentur. Eſt etiam ſuprà humanã capacitatem verum, vmbilicũ pueri ex primipara muliere nati exſiccatũ, & argenteo annulo alligatũ, digitoq; anulari ſiniſtræ manus inditum, ità, vt interiorem digiti partem attingat, à viro geſtatum, ſicuti vmbilicum fæmellæ à fæmina eo conſimili modo delatum, mutuò concũbẽtibus, tm̃ eum roboris obtinère, vt aliundè denegatam ſobolem inſtauret, atq; reſtituat. Parietaria, vel maluæ radix collo geſtata embrionem in vtero vſq; ad fatalem exitum ſeruat. Illinita facies ſepo vrſi intellectũ adauget. Pater ſummo filium amore proſequitur ob eam q̃ Ariſt. in problem. rationem adducit, quia pater aliquid ſui adeſſe cognoſcit in filio. Equus hirci conſortio à diuerſis morbis vindicatur. Pinea itẽ arbor ſi aliã fæminei ſexus arborẽ pineam non videat haud fit frugifera. Ilex, & quercus

adeo

adeo ſe amant, vt, iuxta poſitis, radices in vnũ coeant, vt ità vna ſolum arbor videatur. Coturnix veratro ſũmè gaudet; Sturni cicuta. Gallinis araneæ venenum haud exiſtunt; ſed ſuauiſſimum alimẽtum. Viperæ ſcorpionibus citrà noxam alũtur. Anatres rubetas innoxiè deuorant. Cicorijs ac Pellicanis ſerpẽtes cibo ſunt gratiſſimo. Elleborus albus ſopitum ſcorpionem ad vitam reſtituit. Oſcitante alio, & nos ſimiliter, niſi aduerterimus, oſcitamus. Suprà omnem credulitatem Echeneis paruus piſciculus, quem alij Remoram vocant, qui medio in mari nauem vi, atq; impetu ventorum actam ſiſtat, & tardet, eſſe videtur: tãetſi non defuerint alij, qui ſubiacenti ſcopulo magnetis ob varia inſtrumenta ferrea, quę in naui neceſſaria exiſtunt cauſam adſcribant. Spongia liquida omnia auidiſſimè abſorbet. vniſono etiã in cythara tacto moueri, & aliud vniſonũ videmus. Lunaria herba Dioſcoride, & vulgo teſtante equorũ calceos ſoluit; Iaſpis, niſi argẽto fuerit alligatus nõ operatur. Rheu barbarũ bilem attrahit, Cartamus pituitam, elleborus melancoliam. Is, cui plurimus è naribus ſanguis emanarit, ſi rubeum aliquid intueatur, vberiorem mittit ſanguinem. Frater abſentis fratris incommodis oculté afficitur,

rheu barbarum bilẽ trahit.

dum-

Hidrargiriū aurū abſorbet. dummodò ab eiſdem parentibus fuerint congeniti. Hydrargirium aurum abſorbet,& non multa alia. Smaragdus venereis illecebris attenuatur. Acantum Hędera cōplectitur, Eliotropius ſolem vbiq; ſol vertit, & ipſe conuertitur. Alter alterum ſtrenuè amat Auro allicitur animi. Piſces tubis reſonātis clangorē *Piſces, vt ad locum quem vix currant.* adeó amant, vix vt audito feſtinanter accurrant hæc, & alia admirandæ ſimpathiæ effectus exiſtunt.

Cōtraria veró ratione res in antipathia eueniunt; nam ſicut ob principiorum, ſeu elemētorum inter ſe affinitatem, ac in vno maius, q̃ in alio robur, mutuus ſit nexus,& amicitia, ita è contra ob elementorum oppoſitionem, naturamq; diuerſam alter alterum à ſe mutuo expellit, rerumq; diſſenſus,& perpetuæ inimicitia intercedit. Exemplo eſt Hircus, qui ſolo aſpectu Elefantis ſuperbiam effrenat, atque *Vipera fagus folio tacta torpeſcit.* compeſcit. Vipera ſolo fagus folio tacta torpeſcit. A triplex Columbo haud quaquā pōt conuenire. Agnus lupi præſentiā fugit, immò, vt etiam maior poſt mortem confirmetur inimicitia, cōcuſſo tympano è lupi corio cōfecto, id, quod ex agnino corio eſt conſtatū, diſrūpi videmus. Lupus Herinacei præſentiā horret. Felicis cerebrum commāducatum hominem

ad

ad inſaniam deducit. Ceruus ſerpentes, coloremque puniceum euitat. Simius Teſtudini odio eſt incredibili. Colorem Taurus puniceum videre non patitur. Magnes allei, vel olei tactu vim attrahendi deperdit. Caules vitem iactura afficiunt manifeſta. Theamis ferrum à ſe depellit. Serpentes nudos homines intuentes horrore concutiuntur. Tigres audito timpanorum ſono retrocedūt. Origanum formicis odio eſt immortali. Corallus ab humano pectore metum arcet. Fel Callionimi, atque Hienæ oculorum morbos repellit Sal Agrigentinum in ignibus liqueſcit, in aquis ſaltat, ſuamque duritiem conſeruat. Mures vngulæ muli fumo fugantur, Angues in trifolio habitare nequeunt, quemadmodum nec in Inſula Malthæ. Homo Leonis pinguedine perunctus tutus à feris efficitur. Salamandra per aliquod temporis ſpatium igni reſiſtit. Formicę carbonęm horrent, vt ità ſi formicarum agmen á carbone circumagatur, peribunt potiùs, quàm è circulo egrediantur. Catablepa deforme animal conſpectum hominem ad mille paſſus enecat. Octimeſtris item partus non viuit. Theſſalos, & quaſdam in Creta familias laudando faſcino afficere cōſueuiſſe legimus,

Magnes allei tactu vim ſuam amittit.

Mures quo pacto fugandi.

vt Homo tutus à feris ambulet.

Octimeſtris partus nō viuit.

H in-

intuendo verò infantes in tabẽ vertere. Braſſicæ,ac ruthæ tanta eſt inimicitia,vt ſeri iuxtà nequeant.Cucumis oleo ſuppoſito recuruatur Calx aqua madefacta ſtrepitat, nõ oleo, nec vino: Pullus gallinaceus Miluum longè conſpectũ adeò expaueſcit, vt ad matrem ſtatim confugiat. Fulmen intacto loculo aurum colliquat, tùm vaſe nec quicquam læſo vina abſumit, enſemque intacta vagina in nihilum redigit. Cum ad eum, quem occiderit, aut vulnerauerit,qui hoc peregit,intrà horas ſeptem,paulòue plus aliquando accedat,ſanguis è vulneribus etiam prorumpit: cum tamen Rhodiginus noſter credat, ſanguinem in vltionem iam commotum percuſſoris illius intuitu inundare, deflueréq; à locis his, quibus exitus pateat. Ego vero eius ſum ſententiæ, vt credam, naturam adeó ſui deſtructionem abhorrere,vt non ſolum in vita, verùm etiam in morte vindictæ quædam ſeminaria oſtendat,quaſiverò in hoſtem irruere adhuc diſcupiat. Leproſi eius aquę balneo,in qua cadauer ablutum ſit,ſanãtur: Effectus verò an ſemper contingat, an aliquando, & fortuitò, hic non contendo. Verum quidem eſt,rem hanc tanti momenti ratione non carere:nã materia,quę ad cutim propelli ſolebat cadaueris ãtipathia

Occiſo homine, cur ad eius praeſẽtiã, qui vulnerarit ſanguis mortui inundet.

Leproſi vt ſanentur.

à natura non ampliùs propellitur. Indita .n. (inquit Cardanus ſummus ille vir, ſummũq; naturæ conamen, & miraculum) eſt hæc contrarietatis ratio etiam in inſectis, eoq; magis in perfectioribus animalibus, & maximè in equis, ac canibus, vt mortuorum ſui generis odorem refugiant, In cuius rei teſtimonium exemplũ afferã, quod mihi obtigit. Quatuor ab hinc annis erat mihi equus ad omnia ſanè commodus, qui vltrà velocitatem, alijs etiam erat virtutibus inſignitus. Is cum per ocultum quoddam iter tranſire me equite, deberet [delatus enim ibi fuerat equus alter emortuus] tantum abfuit, vt vellet procedere, vt ſtrepitãdo me deiecerit, Deo tamen auſpice, ſine corporis noxa. De canibus quotidiana experientia docet. De hominibus, quoſdam interdum adeò timidos vidimus, vt, caſu, viſo cadauere, interdum cadaueris vmbra, & ipſi ſint mortui. Sed ad rem redeo, eſt ergo cuiq; animalium contrarietas à natura indita, vt ſui generis mortuorum odorem fugiant.
Quamobrem leproſi corpore aquę cadaueris balneo abluto ad extra natura conſuetum illum peccantem humorem non audebit ampliùs tranſmittere, eoq; magis, ſi hæc patiẽte, hæc ſciente fiant. At dubitabis. Retenta

H 2 er-

ergo hec materia, quæ ad cutem tranſmitti ſolebat, maioris morbi, & damni cauſa erit? At non, quoniam natura, quæ morborum omnium eſt medicatrix, colliget ſagax eam materiam, cuius partem nutritioni meliùs digeſtam, & coctam deſtinabit, partem per aluum, per vrinas, per inſenſibilem tranſpirationem detrudet. Validiori .n. interno calore exiſtente coctiones perfectiús celebrãtur, naturaq; ſubleuatur. Cannę vmbra filicẽ interimit. Sal, caſtanea, margarita, laurus, in igne crepitant. Felis murem, Canis leporem lętbali odio proſequuntur.

natura morborũ medicatrix.

Sãguis humanus vulneris occaſione detractus, exſiccatus, & in puluerem redactus fluentem aliundè ſanguinem antipathia quadam compeſcit. Serpentes etiam auellanæ virgis percuſſæ, & torpeſcunt ſtatim, & moriuntur. Rubeta, ſeu Bufo, tametſi ſaluiæ vmbra mirum in modum delectetur, tamen ab eius radice necatur. Regulus, ſi vnà cum plumis ſuis in rudicula auellanę ponatur, igniq; ſuper cardines poſitus exponatur ad certam diſtãtiam, ex ſe circumuolitur, donec coctus fuerit, quod licet verum ſit, & à me non ſemel experientia firmatum, aliquibus tamen fabulæ ſuſpitionẽ intulit. Nucis, vel fraxini vmbra homines

ene-

enecat. Spuma, quæ circa Aſini teſticulos defatigati interdùm fit, ſi cum vino miſceatur, & alicui bibenda tradatur, per menſem vinum abhorrebit. Artemiſiæ fumus dæmones fugat à domo. Leopardus Ambroſio teſte in ſuo Hexameron. lib. 5. allei odore fugit. Serpentes fæniculum deguſtãtes, cutem illicò deponunt: Frondes mentæ in lacte poſitæ inexiſtente etiam coagulo, in vnum cogi ipſum non permittunt, perindè ac lac ficus. Pauonis caro, Diuo referente Auguſtino lib. de Ciuitate Dei cap. 4. per annum aſſata, vel elixata ſeruatur incorrupta. Menta imbelles facit homines Ariſt. in problematibus ſcribente. Muſca, quæ æſtiuo tempore in nocte relucet, ſi alicui cum vino bibenda concedatur ab vſu venereo illum abſtrahit, vt itá eunucus in perpetuum ſit. Vinum etiam, in quo anguilla enecuerit, ſi quis potauerit in futurum vinum abhorrebit. Euadet domus à ſcorpionibus, ſi auellanæ in aliquo domus loco ſuſpendentur. Dens equi ſuper furentis caput poſitus, illum effrenat, quemadmodum, & frondes hederæ arboreæ. Atticus Aſter epilepſiæ valdè aduerſatur. Pini ſuffitus, quemadmodum Scammoneæ fætum demortuum è corpore

pellit. Frequens Lampetrarum vſus tutos facit homines à peſte: Ciconia quouis modo parata, & manducata à podagra per annum vindicat. In Hiberniæ Inſula, & in Inſula Tanati, & Irlandæ ſerpentes non naſcuntur, & aliundè delati viuere nequeunt. Buffones diro aliquo affecti veneno lactuca ſanantur. Siccatus Bufo, colloque appenſus menſtrua immodica coercet. Alio acerba quædam edente, ſaliua alteri in os proſilit: Scorpiones aconiti radice tacti, ſtupeſcunt ſtatim. Pennæ Aquilæ aliarum auium pennis admixtæ eas cōſumunt, atq; ad nihilū redigunt, Lien equi recenter nati antipathia quadam morbum cōitialē depellit, Canis rabidus horret aquas. Cantharides ēt aduerſus veſicā antipathiam habent, vt lepus marinus contrá pulmones. Adianton aquā non admittit. Eſt ēt aliquis magnes, qui ferrum pellit, idq; eſſe pōt ꝑ̄ latens in eo principiū, ꝙ ferro cōtrariū ſit. quid? idē diuerſa rōe, & tp̄e contrarios machinatur effectus. En lac ficus, ꝙ in vaccino lacte poſitū illud denſat, Rurſús denſatū, ac de nouo impoſitū diſſoluit ad certā quantitatē adhibitū. De magnete vſq; ab orbe cōdito, eiuſq; vi mira ferrū attrahēdi, illudq; ꝑ aliā partē expellēdi tāta ē opinionū diſparitas, vt certa eius veritas

canis rabidus horret aquas.

lac ficus lac vaccinum denſat.

ad-

adhuc ſepulta latitet. Et ſanè quis incredibili admiratione non fuiſſet detentus, dũ ignotum illud antiquis miraculum nauigatoriç pixidis vidiſſet, cuius extremũ perpẽdiculũ temperati magnete ferri in incredibili diſtantia ad eas ſemper partes ſeſe cõuertit, quę ad polos ſpectãt? Quid, ꝙ naues vt Serapio lib. de ſimplic. ac mineralibus cap. 339. ſcribit, quùm munti mineræ ipſius appropinquant ferrũ aliꝙ non remanet, ꝙ è naui nõ egrediat̃, ac ſicut auis ad muntem volet, & ſi fortè clauus aliquis fixus extet, vt ita euelli haud poſſit, ſalit, ac vi quadam intellectu inexcogitabili euellitur, donec illi munti adhereat: Cuius opinio, tanti pace viri ſatis videtur inſipida, cum ſæpè, ac ſępius in hiſtorijs legerimus, in Calecut, totoque eo tractu, vbi plures magnetis ſcopuli, & mineræ reperiuntur, plures naues clauis confixas ferreis reperiri, quàm ligneis, quæ per eas partes, ſi verum eſſet, quod Serapio ſcribit, vllo haud pacto ob imminens naufragiũ pertranſirent. Verùm quidem eſt, in Maldiuis Inſulis naues plurimas ligneis eſſe clauis conſtructas, ſed id ob ferri, vt aiunt pęnuriam potiùs, & quòd maiori conſtent, quàm quòd à magnete ſibi metuant, euenire exiſtimandum eſt.

Opiniones attractionis magnetis, & eorum confutatio.

Sed amabo in re hac tàm graui,& ardua,& nos tãtiſper immoremur. Iſta magnetis attractio nõ leues patitur difficultates, cùm in tàm admirandi effectus cauſa excogitanda adhuc vſq; Filoſophorũ primates inueniã diſcordes: Cardanus tanti effectus cauſam quærens magnetẽ ferro veſci autumat,& quià in magnete eſt ferrum permixtũ, vnum magnetis fruſtum aliud trahit,vt ferrum quaſi ab ore illi eripiat, cuius ſententia [ſit tamen tãti hominis,& philoſophi reuerentia dictũ] mihi non valdè probatur, & ratio eſt, quoniam magnes alterum indiſtinctè magnetem trahit, ferrum allicit, immò argentum, quodq; magis mirandũ eſt, vterum, in quo nullæ ſunt ferri particulæ, nec ſeminaria,ad ſuum locum vmbilico ſuperpoſitus atttrahit; propterea ferro magnetẽ paſci in actione attrahendi veriſimile non eſt. Prætereà idem magnetis fruſtum per vnã faciem magnetem alterum trahere, per aliam ferrũ, & non magnetem, per aliam vtrumque, per aliam neutrũ ad ſe allicere ſæpiſſimè videmus admirati, quæ argumento ſunt, in vna illius fruſti parte plus eſſe de magnete, in alia plus de ferro, in alia æqualiter vtrumq; in alia de ferro plus eſſe,ſed ob molem reſiſtere. Adhuc ſi fruſtum magnetis A ad pondus vnius libræ

di-

diſtet ob altero magnetis fruſto B ſpatio palmi, itaut vtrumque fruſtum ſit virtutis, vt quatuor, tunc non fiet attractionis motus, quoniam quælibet actio à maioris inæqualitatis proportione debet fieri, nam tunc neutrum aget, neutrum patietur, cum eo in caſu, & fruſtum A, & fruſtum magnetis B vtrumq; agentis vim habeat. Si verò magnetis fruſtum A virtutis, vt quatuor diſtet per palmum, vel plus etiam á fruſto magnetis B virtutis, vt duo, vel tria, Fruſtum A proculdubio trahet Fruſtum B eoq; magis, & celeriùs ſi in fruſto B ſit ex vna parte ferri particula. Quarè moles ad maiorem, vel minorem reſiſtẽtiam plurimũ iuuat, ac propterea magnetem ferro paſci fabuloſum eſt. *à maioris inæqualitatis proportione ſequitur actio.*

A ſyderibus alij magnetem trahi ſunt arbitrati, ea freti ratione, quòd ſi magnes rotundus axe facilé mobili appendatur, vt mũdi polos ſpectent poli magnetis, ſecundum tamen loci altitudinem, & regionis, dicunt, quód quatuor, & viginti horarum intercapedinc totus magnes, ſicut, & cælum circumuoluetur: At hæc ſententia, vt futilis, & experimento minus conſentanea prorſús eſt refellenda.

Ab his excogitarũt alij, merid.lem magnetis

par;

partem ſeptentrionalem trahere, illiq; vniri, & appetere, meridionalem verò expellere, ratione, qua agens non ſolùm paſſum ſibi aſſimilare, ſed et vnire quærit, vt cum illo fiat vnum. At hæc ratio non quadrat, cum oppoſitum experientia conſtet.

Alias ego authorum ſententias poſſem hic dinumerare, quas, ne in longius protrahatur ſermo, ſilentio hic pтereo. Ego vero ei libēter opinioni aſſentirer (dicantq; quidquid velint oppoſitum aſtruentes), quod ſicuti inter elementa ſimpathiæ, & antipathiæ demōſtrātur admirandæ, ità & in mixtis, & inſigniùs, ob maiorem materię denſitatē, & perfectionem, cúm maximè ex elementis conſtent. Quibus conceſſis, & à veritate nihil diſſidētibus dico, talem à magnete ferri, magnetis, ſeu argenti attractum fieri ob principiorū, quibus inter ſe cōſtant affinitatem: ſiquidē magnetis, calybis, ferri, & argēti principia hydrargirū sūt, & ſulphur. Quocircà, vbi validius in his, ac fortius, quale in magnete, aut ēt calybe, vt in denſiori materia, extiterit principiū, vis ibi, & facultas maior ſimile attrahendi vigebit; præſertim cum, Ariſtotele magiſtro, maius ad ſe minus perpetua ſucceſſione trahat, ſimileq; à ſimili fortiori trahatur; ea propter ferrum cum eodem-

authoris ſententia de magnete.

ſimile à ſimili trahitur.

demmet principio, ſed debili conſtet, vtpote in rariori materia, à magnete patiatur, neceſſe eſt. Cuius rei veritas eò clarius eluceſcit, quò experientia cernimus euidenti, calybem, dummodo prius ad terebrandi vſum venerit, acus, clauiculos, anſulas, aliaq; id genus ferri fragmenta traducere. Nec vllam difficultatis notã illud infert, ꝙ aliqui dicunt, magnetem ab vna parte ferrũ trahere, ab alia non, qm̃ in in ea parte in qua haud trahit, plꝰ erit de ferro, ꝗ de magnete, idcircò ob ferri materiam, quę magnetis reſpectu rara eſt, non ęque ac in alia magnetis parte, quæ dẽſa eſt, ſuas poterit vires diffundere. Non negarim ẽt ex vna magnetis parte theamidis aliquid eſſe, ꝙ, vt anteà innui, ferrũ à ſe abigit. Verùm enimuerò, quæ de magnete dixi, & de alijs proportionaliter dicta eſſe intelligo, ſed de re hac aliàs.

Nunc autẽ ad rem redeamus, Agebamus de antipathię effectibus, vt eſt verbi gratia ſudor partium genitalium mulæ, qui vtero mulieris inunctus, illam à conceptu prohibet, idemque puluis vnguis eiuſdẽ mulæ, ſed dũtaxat pedis ſiniſtri anteerioris efficit. Mẽſtruus ẽt ſanguis mulieris ætatis declinãtis iuuẽis mulieris vtero illinitꝰ eã arcet à cõceptu. Fumus vngulæ muli mures expellit è domo. Stercus atriplicis fętũ

è corpore ducit.

Decoctio foliorũ rubi ad modũ balnei pedibus admota oĩum admiratione ventris profluuium cõpeſcit, eiuſq; radix in vino cocta, & ebibita, vel in puluerẽ redacta calculos è renibus pellit, vſtio candẽte ferro oẽ morbi virus, ac malitiam ſupat. Hęc, & alia lõgè mirabilia fieri ſimpathia, & antipathia cõpimus, quę dinumerare longũ nimis, & impeditũ opus eſſet: propterea ad primum inſtitutum regredior.

Vẽtrũ fluxus, vt eo bibatur.

De auellanis, earũq; teſtis tria fide digna, vtpotè ex piẽtia cõprobata pponã. Si à fructu exordior, ipſo in pſeruãdo à calculis nullũ validius, nullũq; efficatius remediũ eſſe credas, vt Amatus Luſitanus inſignis, & probatus Author centuria 7. curatione 78. multotiens ſe expertum eſſe pro veritate fatetur. Eius deinteſta, ſeu cortex occurrit, qui ſi in pulueris formã in furno tamẽ prius exſiccatus, redigatur, mox cũ vino tepido bibatur, genitos in renib⁹ calculos quàm citiſſimé atterit: verùm cum aqua ſcabioſę ad drammam vnã, & mediam epotus pleuriticis mirãdum in modum ſubuenit. Oleum etiã, quod ex auellanis exprimitur, iuncturarũ dolori ſummoperè prodeſt, lęſaſq; partes corroborat, idque ſicca ſua facultate pſtat, qua humiditates in iuncturis impactas con-

Auellanarũ vires.

Oleum auellanarum quibus conducat.

conſumit. Dioſcorides lib. po. cap. 143. auellanas, vnà cum corticibus ſuis exuſtas, ac in pulueré deductas, vrſiq; pinguedini admixtas ea vi præditas eſſe ſcribit, vt capillos denuò naſci efficiant.

Pueri ẽt, impoluti, itẽq; aſini vrina ꝓpriũ id habet, & peculiare, vt in veſica, & in renibus calculos imminuat. Aſcite itẽ laborãtes iuuat, pthiſicos etiam primę ſpeciei ſi cum zuccharo ſumatur. Adhuc me vidiſſe memini quoſdam milites, qui cum ſpurijs tertianis laborarent propriam mane mingentes vrinam, camque rursùs bibentes ad incolumitatem deducebãtur, nam aliquibus lotium ciebat, nonnullis aluum, pluribus etiam ſudorem. Adhuc ipſa pueri impoluti vrina cutis vitia emendat, tincamq; deſtruit. *pueri impoluti vrina, et eius facultas.*

Notum eſſe puto, cornu cerui vſti puluerem cũm aqua fragrariæ ſumptum nephriticis ſubſidio eſſe manifeſto, eiuſque nidorem comitiali morbo prodeſſe, eiſdemque cinerem dentes mobiles fricando, vel colludendo firmare, eorumque dolores ſedare; adhuc dictum cinerem reumatiſmos ſanare, ſanguinis excretiones curare vnà cum zucharo roſato antiquo veritati conſonum eſt. Idem quoque puluis ex vino roſato potatus regio *cornu cerui.*

mor-

morbo potatus, omniumq; vermium genera è corpore ducit. Eſculapij etiam monitis ſancitum eſt, quòd ſi quis in corio cerui voluatur; ſerpẽtes haud timet. De eius medulla, non eſt dubium, dolores ipſam moderare, eius verò coagulum cicutæ potui, & fungorum eſui aduerſari meminit Haly. Cæterùm quod febribus peſtilentibus, ac mali moris contrarietur dictus puluis, experientia docet quotidiana.

cerui medulla.

Aqua ſtillatitia arte excepta ex teneris quercus frõdibus ad vntias quatuor epota ſingulo quoq; die lapides in renibus minuere creditur quamuis eadem alui fluori, menſibus immodicis, & præcipuè albis, quos vulgus morbum profundum vocat, ipſa ſtupente natura, competat. Gonorream, quæ citrà pudendi tentiginem inuoluntaria eſt, & aſſidua ſeminis excretio, quæ per decem annos non ſine inſigni vitæ diſpẽdio aliquibus ſolet perdurare, mirè cohibet, ijs etiam ſumma cum vtilitate conceditur, qui per ſereatum ſanguinem ſolent reijcere, vtpote ex venula in pectore ruota, tãetſi zuccarum roſatum antiquũ aſſiduè ſumptum tùm de ſe, tùm calybi præparato admixtum idem dubio procul efficiat. Ijs etiam prodeſſe ſæpenumero cõperimus, qui ſanguinem mingunt, quiue in inteſtinis vlcera obtinent, vt in di-

frondes quercus.

gonorrea quid ſit.

venain pectore rupta quibus curetur.

diſcterijs videre eſt, ac tenaſmone correptis. Eſt etiam patens ſecretum, contritas glandes eos ſanare, qui cantarides veſicam exulcerantes in multa quãtitate ſumpſerint. Et ſanè ridiculum valdè eſt quoſdam ſenes, vel fatuos videre, qui in celebrandis venereis illecebris, vt generoſi, & fortes apud mulieres videantur imperitorum quorundam barbitonſorum conſilio huiuſmodi cantarides in potu aſſumunt, & cæci non vident, ſe in manifeſtũ vitam diſcrimen deducere, cùm mediante coitu immoderato mẽbra corporis principalia ad deteriorem ſtatũ perducantur, prȩſertim cum coitus refrigeret, & exſiccet: in ſemine.n. vim quandam cælicã, & ſupra naturȩ captũ ineſſe docuit Galenus in lib. de ſemine, & ſexcentis in locis. Sed ad rem redeo. Quarè glandium decoctio vna cum lacte vaccino tepido aduerſus recenter ſumpta venena aptiſſimè pugnat.

fatuitas quorundam.

coitus reã frigerat, & exſiccat.

Glandiũ decoctio venenis cum lac. te aduerſatur.

In quodã Aaronis libro de Carpobalſamo nonnulla ſcitu digna me legiſſe memini, inter quȩ id potiſſimũ habebatur, quòd ad aureum vnum cum iure calido ſumptum lapillos renũ infringebat, cuius audax periculũ faciens, maximè profuit, ſed tormina excitauit, at iuris calidi hauſtu ſubitò receſſérunt.

carpobalſami virtus.

Eſt etiam bdellium ad renū calculos frangendos idoneum perfugium, ſi tamen vera ſunt, quę Dioſcorides lib.po.cap.66.ſcriptum reliquit. Eſt etiam in brontŏlolis, ideſt hernijs inteſtinalibus vtiliſſimum ieiuna ſaliua madefaciendo ad emplaſtri conſiſtentiam, emorroydibus etiam idoneum iudicatur. Bdellium etiam, ſi Auicennæ fides eſt adibenda, coagulatum ſanguinem diſſoluit. Spaſmo oblæſum quendam eius vſu me ſanaſſe recordor. De bdellio eſt illud ſecretum paucis cognitum., quod cum aqua meliſſæ bibitū, fætū ex vtero ducit, matricemq; omnium corporis receptaculorum turpiſſimū mundificat, teſticulorūq; & ani apoſtemata reſoluit.

bdellium coagulatum ſanguinē diſſoluit.

De ſmaragdo plura apud authores probatiſſimos teſtata reperij, ſed quod à ꝓprietate renum regioni alligatus, lapillos renum imminuat, apud neminem hucuſque, adinueni, & tamen experientia conſtat manifeſta: is item, vt medicamentum amuletū, hoc eſt collo appenſus, viſum debilem inſtaurat, memoriam roborat, ſenectam auertit, diuinantibus valet, hac de re à Magis, & huius farinę hominibus, vt quid in arte ſua ſummū perquiritur, caſtos facit, vndè eſt, vt infamis ille, & perpetuò deteſtabilis Henricus Cornelius Agrippa, qui im-

ſmaragdus viſum acuit, & quadam alia mira præſtat.

immenſo captu, vaſtaq; memoria, ſciẽtiarum, artiumq; omnium rationes, arcanaq; naturæ intima, & ſummos apices complexus eſt, in quodam ſuo libro de oculta philoſophia, vt ex præceptore meo Iacobo Antonio Frigio ſummo philoſopho, & Medico audiui, ſcripſerit. ſmaragdum digito alligatũ luxui adeò aduerſari, vt in actu coitus in plura ſoleat fruſta partiri, quod ſi verum eſt, eius ratio humanum captum ſuperat. Adhuc regius hic lapis tantæ facultatis eſſe creditur, vt in anulo geſtat[9] epilepsiam, ſeu comitialem morbũ prohibeat, hac itaq; de cauſa Reges omnes, & magnates ſuadeo, vt filijs ſuis antè huius calamitatis aduentum tùm in potu propinent, tùm collo appendant. filijs .n. ob nimiam humiditatem accidere ſolet, ſed melius ob adiunctam ſanguini prauitatem ab vtero delatam, quæ per variolas cogente natura ſolet expurgari, quãuis ẽt ad mutationem ætatũ, quæ ſeptimo quoq; anno euenit, infelix hic affect[9] ſoleat aliquãdo eradicari, fœminis autẽ tertio, vel quarto decimo anno ad menſium expulſionem. Et herclè, vt ingenuè fatear deridere ſoleo quoſdam medicos, aduerſus quos rectè Bouius inuehit, q in diro hoc, & ĩmani affectu cõibus remedijs incedũt putẽtes omnia eodẽ

Smaragdus digito alligatus in actu coitu rumpitur.

Smaragdus cõtra comitialem morbum.

Etates ſeptimo quoq; anno mutãtur.

 ſtilo

ſtilo metiri, ſed cæci non vident, latitãtis veneni ſemina hũc affectũ ſpirare, ac propterea validioribus antidotis eſſe vtendũ, & quidem antidotis propriè huic morbo, ſeu melius veneno contrariantibus, contraria .n. cõtrarijs pelli Galenus Hippocrates, & alij paſſim ſcripſere. Rurſúm ſmeragdus Raſis auctoritate leproſis conuenire tradit, quod, an verum ſit, ignoro, illud quidem mihi non innoteſcit admirãdum, quo leproſos tres, vt benè memini, prorſus ſanaui. Sumpſi aquam, quæ à primi partus maſculi lotura relinquitur, & cum hac leproſos ablui, & optimè curaui, quamuis hoc idem ſecõdina vniuerſo corporis ambitui affricata omnium admiratu efficiat, cur verò id contingat in libris de naturæ portentis edocebo.

contraria pelluntur contrarijs

curatio leproſi ſingularis.

Anceps eram, an de Adianto aliquid ſcriberem, cum lippis ferè ac tonſoribus ignotum non ſit, eius decoctionem, vel aquã ſtillatitio vaſe acceptam ea eſſe virtute inſignitam, vt in renibus calculos non modó perfringat, verùm etiam in veſica, quod idem Doſcori. lib. 4. cap. 139. teſtatus eſt. Ceterùm quòd ſcrophulis capite ex eius decoctione loto opituletur, ſplenis vita emendet, mẽſes prouocet, cadentes capillos ſiſtat, ventris fluxum cohibeat icte-

Adianti proprietates.

ictericos curet, res eſt iam apud medicos cognita.

Damaſonij, ſeu Aliſmę decoctio per triduũ matutino tempore epota, & renes à calculis præſentibus illuſtrat, & futuros arcet.

Iridem ob excelſas virtutes, quas poſſidet, nõ niſi à cælo delapsã eſſe nemo aliter põſt imaginari, præſertim cũ eius radix in pollinẽ ſubtiliſſimum redacta, coctaq; in vino, vel hidromele, mox bibita pulmonis vitia ab humoribus glutinoſis enata facili negotio corrigat, icteritiam turpiſſimum ſymptoma depellat, ventris compeſcat tormina, partus contra humanam charitatem elidat, ſuaues ſomnos cõciliet. cocta cum aceto, mox ebibita venena ex ſerpentum morſibus contracta infringat. Sed eſto; exhibe eius ſuccum cum hidromele ad vntiam vnam alicui aſcite laboranti, & videberis alter Aeſculapius, puluis etiam eiuſmet radicis cum vino tepido epotus nulla interpoſita mora è renib⁹ calculos educit. quid plura? Tetano immaniſſimo affectui, quo intrà quatuor dies correpti, Hippocrate in aphoriſmis teſtante, ſolent fato fungi, mirandum in modum ſuccurrit. Ad modum etiam ſuffumigij cæcas hemorroides ad extra trahit, earumq; dolores ſedat; alias etiam longè pręſtantiores

Iridis radix tormina ſedat.

Hidropici cura inſignis.

virtutes continet experientia comprobatas, quas, ne omnia edoceam, penes me retineo.

His ſuccedunt inſignes canabis dotes, inter quas ea eſt mira à Cardano in lib. de plãtis adducta, & eſt, quod eius folia in farinam verſa, caput feriunt, potum ſuauiter inebriantem efficiunt, non ſecus, ac aqua ex lacte deſtillata, quę apud Tartaros frequentiſſimo eſt in vſu; foliorum decoctionem bouũ, atq; equorum fluxus cohibere tradunt, hocq; ducti exẽplo medicorum nonnulli eam in fluxu diſenterico in enematibus adminiſtrarunt, & profuerunt, eius aqua deſtillata podagræ inflammatæ manifeſtè præſto eſt, eius ſuccus lumbricos tùm in auribus, tum in inteſtinis exiſtẽtes ſanat. Eius item decoctio culicibus aduerſatur. Semen eius ſperma exsiccat, ac dolores à flatibus ortos placat.

Farina à canabe potum facit inebriantem.

Succ⁹ Sanabis lũbricos enecat hauſtus.

De genere mirabilium eſt aqua ferrariorum, in qua candens ferrum extinguitur, quãdoquidem ebibita, & in renibus, & in veſica lapides frãgit. Illud verò eſt arcanum magis mirũ, quod ſi quis à cane rabido morſus fuerit, & ad aquæ metum eius proprium ſimptoma, ſtatum ſanè infeliciſſimũ deuenerit, eáq; fuco aliquo, vel arte abſorbuerit, ſtatim liberabitur. Ampliùs pernionibus laborãtes ocyſſi-

Rabido cane morſi aqua ferrariorum curantur.

ocyſſimè ſanat, ventris quaſcunq; fluxiones immodicas moderatur, diraſq; à capite deſtillationes peſſimorum euentuum cauſas coercet, & ſtringit, non ſecus atq; aqua calybeata, ſed ea dumtaxat, in qua ſecunda, tertia, & quarta vice ferrum extinctum fuerit. Ad eaſdem etiam fluxiones compeſcendas, lieteriã præſertim, ſummè proſunt ex Tralliani decreto lapides fluuiales in iure reſtincti. Porrò autem huiuſmodi fluxionibus exquiſitiſſimũ regimen eſt habendum, cum interdum immaturæ mortis feraces ſint, hac itaque de cauſa vſq; ad decimum tantum diem, Galeno docente, dummodò tamen conſiſtat virtus, poſſunt cõcedi, quod ſi virtus videatur lancinari, ſtatim occurrendum; At ſi ferreas aquas poſſemus habere, intelligo naturales, quæ iuuentu difficillimæ ſunt, vt multi ſcriptores ſunt cõteſtati, dubio procul cum ijs melius ageretur qui renum, aut veſicæ vitijs infeſtantur, aut etiam cum ijs, qui huiuſmodi fluxiones inter homines frequentiſſimas ægrè ferunt. Atqui res clariùs exemplo aliquo dilucidetur.

Aqua ferrariorum fluxiones omnes compeſcit

Lapides fluuiales extincti.

Non referam hic ferri generationem, nec alia multa ad ferrum attinentia, dicam ſolùm, eius ſcoriam ſtomacum confortare eius ſuperfluitates exſiccando, eiuſque mol-

Scoria ferri ſtomacum roborat.

mollificationẽ remouere præſertim ſi in potu cum vino antiquo offeratur, vt Auicenna ſecundo ſui Canonis cap. de ſcoria ferri cenſuit, & quod de ſcoria dico, & de ferro, & ferrugine, & aqua ferri intelligendum eſſe arbitror, cum in Santis Ardoyno lib. 2. de venenis cap. 19. ſcriptum reperiatur, ſcoriam ferri, aquam ferri, & ferruginem in præſtantia conuenire.

Inter inſignia etiam naturæ miracula nefriticis conferentia artemiſiã recenſebimus, quę tanti apud me æſtimatur, vt illam non herbarum, vt alij dixère, ſed ſalutis matrem ſoleam noncupare, hæc ſiquidem lapides in renibus frangit, & præter hoc lienis medetur obſtructionibus, atque etiam hepatis, ob id icteritiæ nigræ mirè aduerſatur, additis ſolum paucis centaureæ floribus. Ad muliebria pellenda non eſt ipſa efficacius remedium, vteri etiam ſuffocationem, dolorem, deſcenſum aufert, ſterilitatẽ mulierũ ab humida cauſa remouet, pedum intertrigines abigit, dęmones fugat. Contrà etiam emigraneã Plateario magiſtro lib. de ſimplici medicina cap. 24. ſubſidio eſt præſentaneo, inteſtinorũ etiam dolores cum mulſa demulcet, ſtranguriam peſſimum affectum è medio tollit, eadem cum axungia contuſa, & pauco aceto vſq; in tertium diẽ ligata iſ-

artemiſia in renibus lapides frãgit.

vteri morbis artemiſia ſubuenit.

iſchiadi medicatur,ſecũdas extrahit mirificè. Ampliùs pulmonum vitia corrigit, ſuprà dolentem ſtomacũ à cauſa tamen frigida poſita mirum in modum iuuat.

In eodem genere miraculornm naturæ ad renum calculos pellẽdos aqua ex aceto acerrimo deſtillata reponitur, quæ adeò ad rem efficax eſt, vt ſolæ petiæ in ea madefactæ, ac ſuper dolentes renes appoſitæ dolorem compeſcant, & lapillos ſui inſigni penetratione comminuant. Verùm quia eius virtutes ſunt valdè inſignes, ac peregrinę, propterea ne ſub obſcuris ſilentij tenebris deliteſcant, nunc eas in apertum efferam. Primò .n. id citrà multorum credulitatẽ obtinet, vt corpus certa quãtitate adhibita, tùm per ſuperiùs, tùm per inferius purget, Epilepſiam morbũ difficillimum à medicis fermè deſtitutum ſuffragio ſit euidenti, ſtomaci, renum, hepatis, atq; matricis inflãmationes mitiget, hepatis, vel lienis ſcirrum non confirmatum extrinſeca tantùm applicatione emolliat, Articulorũ dolores, atq; tumores, tùm à Lue Gallica contractas, tùm ab alijs cauſis imminuat, perinde ac oleum ex vlmi veſicis, quod in re dicta diuinum eſt. Adhuc lepram, herpetem, ſcabiem denique omnem ſola ipſius fomentatione expulimus

aqua ex aceto ſtillata.

aqua ex aceto ſtillata ſolutiua eſt.

oleum ex vlmi veſicis rubeis tumores gallicos placat.

pluries. Nonnullas etiam mulieres, quibus alba menſtrua per multos ãnos erant decurſa (ô mirabile arcanum à paucis cognitum) huius aquæ vſu priſtinę ſanitati reſtituimus, qđ non potuere tot excellentes medici, totq; pri' ab ipſis oblata remedia. Plurima poſſem de hac aqua ſcribere, quæ, ne à re multùm digredi videar, conticeo.

Rubea tinctorũ. Ad eoſdem etiam calculos non minus eſt admirabilis rubeæ tinctorum, & capparis decoctio per quinq; dies continuos in iure sũpta etenim hac mediante plures conualuere. Splenis etiam apoſtemata curat, quæ ex ſe arduæ ſunt curationis. Vinum etiam, in quo rubea tinctorum incocta ſit, ſtomaci, ac epatis imbecillitati repugnat, menſes mulierum ſuppoſita ducit; fętumq; emortuum attrahit; *Rubea ab icterico ſpectata eum ſanat.* Regium etiam morbum ſanare ab aliquibus creditum eſt, ſi ſolùm ab icterico ſpectetur.

Caſſia ad renes vnica eſt. Caſſiam etiam alterno quoq; die ad vnciã vnam ante cibũ ſumptã, renes ab omni labé & culpa vindicare cuiq; non innoteſcat; ſed non renes dumtaxat, verùm etiam pectus: quandoquidem aſperitates lenit, & quia dulcis eſt, naturę mirum in modum eſt amica; ob id gonorreæ, renum vlceribus, ventriculi inflammationibus ſumme proficua eſt, ſed

non,

non de omni caſſia intelligimus, ſed de ea ſo-
lum, quæ ſolutiua dicitur, matura, craſſa, ple-
na, ponderoſa, medulloſa, & recens, hæc enim
præferri ſolet cunctis alijs, quæ temporis diu-
turnitate, vel itineris longinquitate non vnã
labem ſolent contrahere; quarè dictis con-
ditionibus, vt optima ſit, correſpondeat ne-
ceſſe eſt: hæc ſiquidem benignè, & citrá vl-
lam alui perturbationem bilem purgat, dein-
dè pituitam; poſteà feces in inteſtinis infar-
ctas leuiter leniter è corpore ducit, tempera-
tos eos reddit, qui ea vtuntur, cum ſangui-
nem illuſtret, Febrium conducit ardoribus;
ſitim inſolentem febricitantium pænam ex-
tinguit. Forinſecus etiam graues pulmonũ,
ac renũ illinita dolores vnà cum oleo amig-
dalarum dulcium compeſcit. Cęterùm hoc
caſſia mirum inter alia continet, vt eclegma-
tis modo duabus horis à leui cęna catarri de-
fluxionibus proſit; ſed à paucis ſecretum hoc
eſt vſu cognitum:

qua ſit ſolu-tiua caſſia.

Caſſia ecle-gmatis modo ſũpta catarros cu-rat.

Eſt ſiſymbrium in aquarum riuulis, ac lo-
cis degens ad renum calculos pellendos
celebre perfugium, tùm in oleo ſcorpio-
nis decoctum, & cataplaſmatis inſtar
renum dolentium regioni appoſitum;
tùm accetarij modo commanducatum;

Siſimbrij vires.

tùm

tùm cum vino ſumptum eius ſemẽ;inteſtinorũ etiam torminibus auxiliatur Dioſcoride docente lib. 2. cap. 117. Dictum etiam ſemen ebibitum,eodem authore,vomitus effrenat. Pediculos ſiſembrium interficit, cum aceto decoctũ apoſtematibus frigidis cum oleo roſato valdè confert. Illud etiam de ſiſembrio eſt admiratione dignius,quòd lethargo oppſſos ſuffumigatum excitat,vti acetũ acerrimũ, ſulphuris fumus,vexicatoria pedum plãtis appoſita,aliaq; id genus plurima.Quid tùm vermibus ijs, qui aſcarides peculiari nomine dicuntur, aduerſatur potentiſſimé ; Verúm aduertatur, mulieres vtero gerentes ab eius vſu eſſe prohibendas, ratione qua fætũ é corpore pellit.

Siſymbrii ſuffumigatum lethargicos exalat.

Vitrum etiam, ſi diligenter teratur,& cum vino ribano, ideſt forti bibatur, lapides, qui in renibus exiſtunt,frangit, & eijcit, fit etiam ex eo vnguentum quoddam ad ſcabiem, & ad ſerpiginem excelſum, quod hoc pacto paratur, ſumitur pulueris vitri vntia vna, terebintinæ,vel gummi prunorum vntia vna, & ſemis, quibus mixtis inungatur pars, & ſanabitur,puluis etiam vitri dentes abſtergit,oculorum albuginem delet, capitiſque furfures mundat, ſi cum eo fiat ablutio.

Vitri vires.

Puluis vitri dentes detergit.

Plu-

Plumę item palumborum exuſtę, ac in potu exhibitę in pellendis calculis renũ admirandę vtilitatis eſſe cenſentur, vt eſt oleum ex Chriſtallo, quod apud *P*rincipes tantummodo, & Magnates vſurpari vidimus; tanti.n. vẽditur, quanti & aurum, & interdum pluris, idq; duplici de cauſa, tùm quiâ raró contingit, ipſum reperiri, túm quià rara, & ſingularis eſt eius proprietas, nam ad ea omnia, ad quæ criſtallus valet, & eius oleum valere exiſtimatur, licet ad longè ſuperiora ſit eius inuẽtum oleũ, cum tenuuiorum ſit partium, ocyuſque ſit aptum natum penetrare, hac itaq; de cauſa dolentibus renibus inũctum vim doloris ſedatiuam protinus eiaculatur. Huic addi liberè poteſt decoctum illud prętantiſſimum ex Aſplenio, & hedera, quo in dictis renum calculis educẽdis ſumma cum laude vſi fuimus frequentiſſimè. *oleum è chriſtallo*

Species etiam hieræ, non minus ad calculos, quàm ad comitialem morbum iudicãtur idoneæ. *Species hieræ ad comitialem morbum.*

Parthenium herba cuiq; nota, in aqua decocta, ſed detractis floribus, non ſolũ lithiaſi laborãtes curat, ſed etiam pectoris anguſtias tollit, vt in ijs videre eſt, qui ſuſpirioſi ſunt, flatus diſcutit, menſtruis etiam valenter imperat,

perat, vteri quoq; inflammationes placat, ſecundas, fętumq; emortuum pellit. Verùm inter ea præſidia, quę in nefritide vim mihi
Benedictę vſus in lithiaſi. maximam habere viſa ſunt, illud vnum fuit Benedicta vnà cum caſſia hora antè cibum ſumpta hæc ſiquidem renes, & veſicam à calculis illuſtrat, arteticæ etiam, & podagræ ex frigiditate plurimum confert, hepaticis etiã
Aqua anonidis. opem fert. Aqua etiam anonidis ad balneũ mariæ deſtillata in dicto caſu frequens eſt. Pręter etiam quorundam maioris famę medicorum ſpem Iouannem Garziam Hiſpalenſem Aliferum lithiaſi valdè laborantem ſanitati reſtituimus ſolo electuario apud farmacopolas Litontripon inſcripto ad drãmas duas cum modico vini albi. Nobiſcum .n. contendebant de remedij aptitudine, licet ne ſcirent, quid dicerent. Quarè nos, ratione, & Hieronimo duce Cardano per multa ſecula claro, neglecta eorum Medicorũ peruicatia ægrotanti noſtro dictam electuarij doſim libenter obtulimus, & ad vota profuimus. Verùm quia in hunc ſermonem caſu incidimus, ſubrepta occaſione aliquid liceat, de nonnullorum medicorum abuſu enuntiare. Deridemus ſæpè numerò quorundam certamen, dum ad aliquem inuiſendum ægrum ſunt

con-

conuocati. Alter ne altero inferior,ac impe ritior videatur,pręceptoris opinioni adeò inſiſtit, vt ne latum quidem vnguem ab ea interdum fatua,quaſi in eam iurarit,nullis rationibus nullis ualidioribus authoritatibus nulla deniq; experientia poſſit vnquam remoueri,quo fit,vt æger,& aſſiſtentes de ſalute nõ parùm ancipites ſint. Quamobrem certamina hæc odioſa,præſertim vbi de vita, tãti momenti theſauro,agitur, prætermitti conſulimus,vt medicina à Deo immortali inuenta ad mortalium vtilitatem ſuum intacta decorem ſeruet. Reuertamur ad inſtitutum noſtrũ, eſt igitur electuarium Litontripon Nicolai opportunum remedium ad renum calculos minuendos;præſertim cum in eo ingrediãtur varia de ſe eidẽ affectui cõmoda, vt potè Xilobalſamũ,acorus,Meu.Carpobalſamũ,ſemẽ apij,ſemen aſparagorum, ſemen baſiliconis, ſemen petroſelini,ſemẽ leuiſtici,aliaq;multa, quæ videre eſt latiùs in theſauro aromatariorum.

Medicorũ altercatio fugienda.

Electuarium litõtripon.

TyriacamGaleni,veluti,& eam Andromachi ad omnes affectus peſtilentes verum, ac peculiare antidotũ non eſt, cur eã ad renũ calculos opportunã cõfirmem⁹, cũ id ſola experiẽtia fateatur. Nõ dinumeram⁹ inſignes eius

Tyriacæ vſus.

pro-

proprietates, cum à Galeno in libro illo de tyriaca eminentiſſimo ſint latiùs deſcriptæ.

fomẽtum ex aqua tepida. Non ommittam, quantùm aqua tepida in veſica collecta dolentibus renibus applicita iuuet, & tamen eſt verum, vt vnuſquiſq; poterit experimento comprobare, eſt .n. medicamentum anodinum, hoc eſt doloris ſedatiuum, verum quidem eſt, quod dolorem tollit, at non doloris cauſam, quæ fortiori alio eget adminiculo.

ſuccus trifolijs cum iulebbe. Eſt etiã ad rem idoneus trifolij ſuccus depuratus, & cum iulebbe ſumptus, vt ita tres ſint ſucci vntiæ, & vna iulebbis, hanc enim quantitatem Iouanni Franciſco Airoldo Mediolanenſi noſtro à medicis ob renũ calculos ferè deplorato ꝓpinauim᷑, & paucis interpoſitis horis ſanus euaſit, nõ abſq; inſigni adſtãtiũ admiratione, at lõgè melius fuiſſet, ſi Deũ Optimum Maximum bonorum omnium largitorẽ fuiſſent admirati, iuxtá illud omne bonum à Deo eſt. Summoperè etiã laudamus eximium illud Alexãdri Tralliani remedium ab eo lib. 10. cap. po. propoſitum, & eſt origani 1. cum vntijs tribus vini albi ebibitus. Verùm ne ab appropriatis medicamentis lõgiùs recedamus, iuuat parietariæ nunc recor-

vſus parietariæ. dari, quę aceto acerrimo inſperſa igne ſuppo-

ſito,

ſito, & ad modum emplaſtri ſuper dolentes renes poſita, miraculi vices ſubit; præter hæc in puluerẽ deducta equorũ tuſſim ſanat, eius decoctio hepatis, ac lienis obſtructiones, magiſtra docente experiẽtia, aperit, dolores matricales immaniſſimos cõpeſcit, eadem etiam herba vulnerib. ſimplicibus impoſita, ea iungit, ſacro igni ſuperemplaſtrata mirè cõducit, ani etiã apoſtemata ſanat, cum ſæpo hircino podagræ imponitur, pectini etiam apponitur eadem vnà cum malua ad vrinam ciendam, ꝙ idẽ facere credimus cuniculi pinguedinem vel eius pellẽ. At illud eſt inſigne ſecretum, quod eadem herba cum malua, farina fabarum, atq; oliuis in vino cocta neuos, lacertos, muſculos diſciſos ſanat, quod eſt in arte noſtra non leuis momenti, quandoquidem ij, quibus nerui, vel lacerti fuère amputati, ni ſubitò, & valido aliquo remedio occurramus, conuulſione moriuntur.

parietaria iungit vulnera.

cuniculi pinguedo

Lenis etiam frictio cum oleo amigdalarum dulcium, vel oleo camomellino, vel anetino, vel de ſcorpionibus ad infernas languẽtis renis partes hoc in caſu vtiliſſima eſt, cũ detẽtos in renibꝰ calculos agitet, eoſq; ad celeriorem exitum perducat, quod idem ex Cardano cucurbita facit cum multa flãma infrà dolẽtem

re-

renem applicita ad palmi diſtantiam. Ductus aliquandò priſcorum remedijs,electuarià illud Marcellini cuidam ſemel nefritico conceſsi,& notatu dignam vtilitatem percepit; Cataplaſmate etiam ex lupinorũ farina peucedani radice,& camemelo cum muſto decocta nutu Galeni vnica vice ſum vſus, & ſũmè iuuit. Panem etiam ex tritico in muſto concoctum ilibus,lumbiſq; calidum appoſui,& adiuui. Fænugrecum,altheę ſemen, necnon radicem, ac petroſelinum in oleo communi decoxi,eoq; calido renem dolentem inunxi, & profui.

Alleũ, cuius plurimus in hac noſtra Italia exiſtit vſus,& copia,ad plura eſt à Deo conceſſum, etenim primò eos, qui per mare iter facturi ſunt, à ſubuerſione prohibet, ſi ieiuno ventriculo commanducetur, pugnat etiã aduerſus cruditates,& flegma in ventriculo exiſtens; à peſtis cõtagio arcet, atq; hac de cauſa eo tempore peſtis(ſi tamen vera ſunt, quæ penes hiſtoriographos ſcripta reperio) ij vtebãtur,qui lue affectos contrectabant. Allei vſus ab arenulis defẽdit, cum diureticum ſit, meſtruaq; & vrinas prouocet. Amplius ſecõdinam expellit, ſi in eius apozimate mulier ſederit. Dolorem dentium à frigiditate

ob-

obortum mitigat, Aduerſus canis morſum, aliòſq; ſerpentes pugnat. Praxagoras ille antiquiſſimus cum vino in regio morbo, quem alij clariori nomine icteritiam vocant, illud concedebat. Illud verò æqué mirandum eſt, alleum quibuſcunq; venenis, vt aliud quodlibet antidotum aduerſari, vt Galenus docuit inſextum de morbis vulgaribus com. 6. & ꝙ hoc veritati ſit magis conſonum, apud eundem Galenum 12. methodi medendi alleum agreſtium, theriacã vocari legimus, perindè, ac ſi, Dixiſſet Galenus. alleum inter ruſticos ijdem eſt morbis vtile, ac eſt Thiriaca inter Ciues; Diocles verò medicus Galeni tempore inſignis freneticis alleum dabat coctum, quod ego animaduertens, audacter etiam cuidam nefritico obtuli, & miræ fuit vtilitati, ac ſi columbos recenter occiſos, & apertos capiti ipſi impoſuiſſem, vel hirudines venis hemoroidalibus, vel fronti applicuiſſem, vel hederam herbam contuſam fronti impoſuiſſem, vel oppium thebaicũ obtuliſſem, vel theriacam de mente Galeni in lib. de thiriaca exhibuiſſem, vel alia id genus plurima adhibuiſsẽ, que recenſère nõ eſt huius loci. Alleũ, non ſecus, ac porrũ, & cæpa vim acrẽ, & excalefactoriã hẽt, qua viſcerũ oĩum, imprimiſq;

pectoris craſſos,ac viſcoſos humores extenuat,detergit,& expurgat Fernelio authore lib. 5. Meth. cap. xx. & Arnaldus in regimine Salernitano colum. 1900. dum ea carmina commentatur.

Allia qui mane ieiuno ſumſerit ore
Hunc ignotarum non lædet potus aquarum
Nec diuerſorum mutatio facta locorum.

Adhuc alleum probè coctum cui decens croci portio ſit admixta,pector's regioni illinitū ſiccas tuſſes comprimit. Idem etiam crudū exterius applicitum exiguo temporis interuallo exulcerat,quod idem neutiquam efficit commanducatum,ratione, qua humiditas in ſtomacho exiſtens obtundit eius cauſticam vim. Scripſit Sociō,& Palludius,quod ſi allia terræ committantur, & ex eadem eruantur, Luna ſub horizonte exiſtēte,virus odoris exuent, & mandentium halitum nullo modo vitiabunt, eiuſdem etiam allei radices exſiccatæ in furno,ac in puluerem digeſtę, ac cum vino tepido ebibitæ in renum, ac veſicæ lapilis perfringendis vim habent peregregiam; Quod idem myrtum ſilueſtrem efficere credimus, qui ea eſt etiam facultate inſignitus, vt fluentia vlcera cataplaſmatis inſtar ſanet,

ea

ea de re in renum, vel veſicæ vlceribus eiuſdē ſyruppo feliciter vtimur, omnem etiam ſanguinis fluxum coercet.

Gariofili, hoc eſt totius plantę ſuccus ad quatuor vntiarum pondus ſumptus atterit, atq; expellit renum lapillos præter multorū credulitatē, non ſecus, ac aqua è fraxini folijs deſtillata, cuius vſus frequens obæſos facit graciles: verúm arboris contex crematus, ac cum oleo roſato mixtus ſcabiem expellit. eius tamen vmbra, vt nuper dixi, homini læ-tale venenum exiſtit. *Gariofoli virtutes.*

Fœniculum etiam non diſſimili modo lapides in renibus comminuit, túm in ſuccum redactum, tùm ſtillatitio liquore acceptum, tum in formam decocti eadem etiam decoctio lactis exuberantiam mamillis impartitur, poſtremó, quod lumina exacuat, & nomen, & effectus conteſtatur. Abutillum, hoc eſt althęa altera, Acidula, ſeu acetoſa. Mala item prçconia lapillos, & ipſa renum comminuunt. *Vis feniculi facultas.*

Percelebris eſt maioris Heliotropij, ſeu verrucarię virtus, eoq; præſertim ſi eius ſumatur decoctio cum cimino, cum è renibus lapillos ictu oculi expellat. Referunt alij, ſed vtrum verū ſit, ignoro, quatuor acinos dictæ herbæ, *Heliotropius dotes.*

ſi hora antè acceſſionem cum vino ſumantur, quartanam febrem extinguere,ſicuti tres ter tianam. Alij dixerè,araneam in nucis cauitate incluſam, colloq; appenſam ægro neſciẽ te quartanã tollere,aliaq; id genus permulta quæ referre nimis longum eſſet. At ego dubia quæq; exiſtimo; cum rationi aduerſari videatur,melancolicum humorem putridum, interdum ſuper aſſatum ſine digeſtione, ſine præparatione,tandem ſine euacuatione,cum aliquando quantitate,nunquid qualitate peccet,poſſe ad naturalẽ ſtatum amuleto eo remedio reduci; Imò admonitos omnes volo, vt in curandis morbis,quibuſcunq; ab humore melanconico putrido exortis, quam diligẽ tiſſimè dictum humorem digerant, alioqui in grauius periculum, ægrotantem adducent, cum Galen. lib. po. de arte curatiua ad Glaueonem cap. 11. vbi quartanæ curationem inſtituit,hiſtoria illa cuique non innoteſcat, vbi eorum errores patefacit, qui quartanam curantes ante ſtatum, hoc eſt antè morbi digeſtionem,medicamentum ex viperis,hoc eſt thearicam exhibuere,& ſimplices quartanas, duplices effecere. Quinimò iſdemmet Galenus lib. & capite nunc citato, cuiuſdam Medici perpinguem ignorantiam aperiẽs in fine

Cautela in morbis ab humore à ſuo curãdis.

ca-

capitis, hæc ſubdit, propria, & germana verba. Noui autem Medicum, qui auſus eſt , homini, qui triplici quartana laborabat, me , dicamen ex viperis exhibere, quando nun-, dũ morbus in ſtatu eſſet, deindè, (vt par eſt) , auctis omnibus, febris continua ſubſecuta , hominem occidit. hæc ille ex quibus tutò conijcere eſt, theriacam, vel alia quæq; antidota, niſi humores prius optimè fuerint digeſti, & pręparati, grauioris potius affectus, quã Salutis cauſam eſſe: quamobrẽ in huiuſmodi febribus, quæ præter rationalem curationem ingenti timore ſolent depelli, longa vtamini digeſtione, alioquin famam, quæ inter cætera á Medico exoptari debet, deperdetis.

Hyppolapatum hortenſe in pellendis renũ calculis eſt mirũ, ſi tñ in vino infũdatur, ſi aũt cum marrhubio ſumatur, icteritiam aufert.

Lapathũ, ꝙ aliq acutũ lapatiũ appellãt, renũ lapillos, quoquomõ sũptũ, frãgit, dẽtiũq; dolores ſedat, morsũq; canis rabidi in tuto aducit. *Lapath quibus proſit.* Muſcus herba funis ĩſtar ꝑ terrã ſerpẽs id hẽt peculiare, & ꝓpriũ, vt decoctus in iure, mox ebibit vna cũ modica ſuci limonis q̃titate lapilos renũ egregiè diſrũpat, & hoc ẽ ſecretũ apud Abraã Onuer ſcrip.[re] ãtiq.[mũ] Germanũ li. 2. de ſecretis Adã, inuẽtũ. Adhuc vmbilicus

veneris,quem cotyledon aliqui vocãt, ieiuno ſtomaco manducatus idem emolitur, vt etiã *P*aliurus,& herba Paraliſis, ſemen Phalaris, Corona Regalis, Palęmonia, poligonum.

Gummi etiam pruni cum uino albo ebibitum è renibus calculos turbat, vt ſetelis, qui etiam difficili anhelitui ſubuenire creditur, quemadmodum vterinæ apneę, morboq; caduco. Fluxibus etiam albis mulierum à frigida cauſa occurrit, cicutę ſumptę auxiliatur. Sium etiam in minuendis, eliciendiſq; lapillis eſt præclarum, & potens.

Gumi pruni. Tanacetum herba non modò lumbricos eijcit è corpore, verũ ẽt renũ lapillos, veſicæq; dolores, quamuis immanes, ac diros cõpeſcit, menſtrua, atq; vrinas cit, inteſtini etiam exitui prodeſt, non ſecus, ac spongia aceto acerrimo imbuta ani regioni appoſita.

Notiſſimum eſſe intelligo, herbam verbenacam dictam vbiq; locorum exiſtentem in re medica eximiæ authoritatis eſſe, quandoquidem in vino decocta epatis, renum, ac pulmonis obſtructiones aperit, hacq; de cauſa renum calculos foras educit: ſerpentum emplaſtrata morſibus medetur, decocta veró, & cum vino antiquo ebibita regium morbum triginta dierum ſpatio prorſus curat, *P*er antiquo-

verbena eę proprietate.

tiquorum etiam volumina verbenacam legimus,ſtillatitia arte exceptam à peſte quãuis truculentiſſima, diuina tamen concurrente gratia, prçcauere. Eandem etiam tabidis, aſtmaticis ſummo auxilio eſſe hodierna ſuadet experientia. Referunt alij,dictam herbã mẽſe Martij collectam,colloq; epileptici vnà cum aliquibus pçoniæ acinis applicitam ex toto ſanare,quod ſi verum eſt,vt de ea ocyſſimè periculum faciam,inter mirabilia naturæ illam referam. De eius radice illud ſcio,collo appenſam ſcrophulas, ſanare, capitiſq; tumores deprimere. Eius verò aquam deſtillatam oculis impoſitam ipſorum caligines remouere,capiti dolenti applicitam iuuare, ebibitam ſtomaci languores prohibere, dubio prorſus caret. Illud magis mirum eſt, quod eadem herba diù in manu detenta ſanguinis mictum irritat,quod aliqui experimento comprobantes,non mediocri admiratione fuerũt permotti.

Aqua verbenaca peſti reſiſtit.

verbenaca radix collo appenſa ſcrophulas curat.

*P*aratur etiam conditum inſigne ad nefriticos à Nicolao *My*repſio Alexandrino authore percelebri,quod huiuſmodi ſe habet. Cap.Saxifragię,betonicæ,aſari,lithoſpermi, petroſelini,ſing. exag.ij. foliorum coſti exag. 1. Terantur diligenter, & ex tritura mittatur

in conditum,deturq;bibendum vna antè prãdium hora. Conterit .n. mirificè calculos,& ità per vrinã expellit, vt non amplius eos cogi permittat. Ab eodem etiam Myrepsio com poſitio alia ad calculos miranda deſcribitur, quam, vbi de cancrorum oculis anteà tractaui, deſcribere oblitus eram. Accipe impari numero fluuiales cancros, quos in olla vrito, & de eis bibendum præbe ad vntiæ pondus. At hic quoſdam videre videor, qui numericã illam imparitàtem tacité ſubrideant, exiſtimantes,nihil illam conducere ad morbos curandos,at ſi non ignorarent, quantum in natura poſſent numeri, ceſſaret prorſus ridicula admiratio. De numerorum vi,& facultate celebri multa dicerem,ſi à re mihi digredi liceret,ſed commodiùs alias,nam ad artem illam Cabalam eternis fermè ſeculis admirandam eſſet mihi accurendum,partim practicã, videlicet illam Sefiord,vel Bersith, vel Marcanç; partim ſpeculatiuam Semod. de quib. Rabinus Hamai, Rabinus Salomon,Moyſes Egiptus, Tarſon,Hierondensis, Picus *M*irãdulanus, Iulius Camillus, & alij tractarunt abundè. Cæterùm ne longiùs recedam, duo tantumodò exempla in teſtimonium veritatis quotidiana experientia comprobata adu-

Cancros fluuialiũ vires.

Vis numeri quãta.

Ars chabala.

ducam, in quibus vis numeri, maximè poteſt. En herba, quæ pentaphylon, hoc eſt quinq; folium dicitur, quæ hac virtute quinarij venenis reſiſtit, Dæmones, ſtupente natura, arteq; Apollinea, é corpore pellit, atq; eius folium bis quotidiè vnum vino ſumptum curat ephemeram: tria tertianam: quatuor quartanam. Conſimili modo verbenaca, de qua nuper ſcripſimus, febribus in vino mederi fertur, ſi in tertianis à tertio geniculo: in quartanis à quarto incisa fuerit; Itē peonia, aliaq; plura, quæ hìc breuitati ſtudens, obuelo; Ars .n. Cabala ex ijs eſt artibus, quæ prẹter inextimabilem difficultatem, quæ ad eam capeſcendam requiritur, alias etiam ſcientias, inter quas vera philoſophia putatur, præſupponit, & inter alia naturalem quādam ſolertiam, quam ſi quis exquiſitam non obtineat, ad dictẹ artis peritiam accedat eſt impoſſibile, quoniam; vt inquit Quintilianus in ſuis Rhetoricæ præceptis. Teſtandum eſt, nihil valere prẹcepta, & artes, niſi adiuuante natura, hoc eſt genij ſpiritu, ſine quo oīa leuia ſunt, & imperfecta. Neq; ad hanc obtinendā exquiritur artiū ſuperſtitioſarū cognitio, vt malè ſētit. Thomas Gozifer in lib. *Metopoſc.* c. 9. vt exēpli grā Chiromātię, q̄ p lineas man*

Pentafilonis facultas.

Verbenaca ad quartanā.

Solertia requiritur ad omnia.

habe-

Chiromātia deſcriptio. habetur, de qua Ruffus Epheſius locupletiſſimé ſcripſit, inquit .n. vnicuiq; digitorum dominari ex ſeptem planetis vnū, quemadmodum Pollici, & Stethox Martem vndé violētia, audacia, robur, ignis, cruceſq; demonſtrātur, atq; etiam immoderata Veneris voluptas. Indici. Iouem, vndè Sacerdotia, honores, & magiſtratus. Medio Saturnum, vndé carceres, triſtitia, cruciatus, quartanæ, venena, inſidiæ, metus, luctus, profundę cogitationes, occultæ ſcientiæ paupertas, & alia huiuſmodi oſtenduntur. Annulari ſolem, vndé honores maiores, Regum amicitia, potentia, exiſtimatio declaratur. Minimo, ſeu Auriculari, Venerem, vndè filij, vxores, voluptates, & felicitates. Triangulo in manus medio Mercurium, vndè eruditio, ingenium, linguæ læſio furtū, ac alia. Hyppothenar Lunæ, vndè pituitæ defluuia, ſuffocationes, ſubmerſiones in aquis, naufragia, & mille alia, quæ licet veriſimilia ſint, non tamen veritatem poſſunt ſuſtinere, cū ſuperſtitioſa ſint, & ab Eccleſia remota, vt ſunt geomantia à terra, perpūcta. *Artes ſuperſtitioſa, quæ ſint.* Piromantia per ignem, ardentibus maximè lauri folijs: Hydromantia concuſſa aqua p circulos geomantiæ per ſimiles. Alphitomātia per farinam: Eleuromantia pertriticum.

Tyro-

Tyromantia per caſei hiatus, foramina, formam. Aſtragolamantia, per ſortem ex alea in pictas figuras. Axinomantia per ſecures, de qua Homerus optimè ſcripſit. Tripudium ſoliſtimum per pullorum cibationem. Coſcinomantia per forcipem, & cribrum. Siernomantia, per pectoris habitudinem. Pſormomantia per ſternutamenta, Capnomantia ꝑ fumum; Aeromantia per figuras nebularũ: Cataptromantia per puerum ad ſpeculum. Xeſtomantia per urceum aqua plenum, in quo imagines pueri videre videntur. Phiſionomia per partium faciei delineamenta, & cum alijs animantibus ſimilitudinẽ. Aruſpicina ꝑ exta, & cũ aues inſolitæ in loco inſolito videntur. Botonomantia per verbenas. Metopoſcopia per frontis lineas, alięq; huiuſmodi artes, quę licet ad prædictionem inuentæ videantur, admirationemq; idiotis pareant, in rei tamen veritate ſunt meræ nugæ, & confabulationes. Quę verò certa ratione, & principijs veris, infallibilibus, immediatis, ac neceſſarijs conſtant, eę tuta conſcientia poſſunt vſurpari, vt Grammatica, Rhetorica, Dialectica; Phiſica, Metaphiſica, Aſtronomia, Chirographia, Medicina, Anatomia, Arithmetica, Metallozeutica, Optica, Bellica

Artes utiles, & veræ, quæ ſint.

Pictura,

Pictura Metheorologia. & aliæ conſimiles, quæ vltrà vtilitatem, quam mortalibus afferunt, ſunt ad animi ornatum valdè commodę

Sed ad rem noſtram reuertamur. *S*unt igitur fluuales cancri exsiccati ad nefriticos potens remedium, ſicut hoc aliud ſecretum in pillulæ formam redactum, quod hunc in modum paratur, accipe braſſicæ ſeminis, radicis capparis, radicis ſtruthij ſing. exag. 1. Trita omnia aceto irrigato, & pilulam nucis ponticæ magnitudine fige, & dato egrotanti, ſi ſine febre cum vino, ſi cum ea ex aqua tepida. Si autem huius medicamenti viribus diffidis, conijce cum ipſo lapidem in vaſculum, & lapis atteretur. At huiuſcemodi remedia vix à pauperibus poſſunt deguſtari; cū Cardano probè dicente lib. 2. de ſanitate tuenda cap. po. vbi de nouem ſtatibus hominū pertractat. Magnum malum ſit paupertas, quia ipſa adducit morbos, mortem, luctus, triſtitiā atq; contemptum, neq; ob id deſiſtit, & ob id peſſimum quaſi noſtra ætate: reliqua mala nōn adducunt adeò alia, neq; paupertatē, immò plerumq; vno adueniente, reliqua non adueniunt, & ſi iam inceperint, ceſſant. Quoniam [inquit] homini, vt paupertas eſt impedimento omnibus incommodis, ità iam in-

Fluuiales cancri.

Paupertas magnum malum.

Paupertas noſtra ætate peſſimum quid.

incohata adauget, velnundum cepta irritat: at alijs in malis, cum non deſunt neceſſaria homini, reliqua commoda non ſubtrahuntur Et parcitate, ordine amicorum auxilio, & bonorum domeſticorum, ac proprio conſilio potius rem adauget, quam imminuat, atq; ita commoda alia augendo, ſolatium in calamitate: Et maximè quia paupertas tollit amicos defenſores, famã, indè contemptũ adauget, ob id optimé Horati' in Odis lib.3. Oda 24. *Paupertas contemptum adauget.*

Magnum pauperies opprobrium iubet.
Quiduis, & facere, & pati,
Virtutiſq; viam deſerit arduæ.

Sed hoc malum humanis influxit mentibus, vt honori ſit pæcunia, nemoq; niſi diues, honore dignus habeatur; ob id Iuuenalis ſatira tertia rem hãc perfectè aperit, dum canit. *Nemo, niſi diues honore dignus videtur.*

Haud facilè emergunt, quorum virtutib. obſtat.
Res anguſta domi.

Et Satyra, vt opinor, ſeptima exquiſiſſimè paupertati hiſce carminibus alludit.

Neq; enim cantare ſub antro.
Pierio, Thyrſumq; poteſt contingere ſanæ.
Paupertas, atq; æris inops, quo nocte, dieq;
Corpus eget.

Quip-

